SYNODVS MILETENSIS

Habita in Cathedrali Ecclesia

A GREGORIO PANZANO

EIVSDEM MILETENSIS ECCLESIAE Episcopo, Barone Galatri &c.

Die 28. 29. & 30. Aprilis Anno 1642.

Adducuntur in calce Synodi Priuilegia quædam; necnon Indiculus Episcoporum eiusdem Ecclesiæ.

qui ad litteram est exscriptus ab Catalogo Episcoporum qui habetur pag. 51 Synodi Episcopi Cusini de anno 1634.





PANHORMI,
Apud Erasmum de Simeone. MDCXXXXII.
Superiorum Permissu.

Cvarta decada f. 30
Setima decada f. 23



INDICTIO
SYNODI

GREGORIVS PANZANVS DEI, ET
Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Militen.
Baró Galatri &c.

NOstri muneris est ad præscriptum Sacrorum Canonum, & præcipuè Conc. Trid. Diœcesanam Synodum habere, vt melius, & facilius crescentes vitiorum fibras euellere, aliaque nobis iniuncta perficere, Deo bene iuuante, possimus. Omnibus igitur intra nostræ Diœcesis limites existentibus etiam exemptis, qui de iure, vel consuetudine interesse tenentur, Abbatibus, Commendatarijs, Dignitatibus, Canonicis, Rectoribus, Vicarijs, & Beneficiorum, quocumque nomine nuncupatis, possessoribus, alijsque omnibus, etiam Laicis, & Vniuersitatum Magistratibus (si sua putauerint interesse) Notum facimus quatenus Deo dante feria secunda post proximam Dominicam in Albis in nostra Cathedrali Diœcesanæ Synodo initium dabimus. Ideo monemus, requirimus, & citamus omnes prædictos hoc nostro edicto inter Missarum solemnia in nostra Cathedrali promulgando die 7. Martij 1642. & locis solitis affigendo ad comparendum prædicta die in nostra Cathedrali, cum Tonsura Clericali, Vestibus vsque ad talos, Superpelliceis mundis, Birretis Clericalibus, & alijs vestibus sacris, quibus de iure, vel de consuetudine, quisq; vti debet, indeque non discedendi, nisi impetrata à nobis facultate, sub pœnis à iure statutis, & ad

ad nostrum arbitrium per modum contumaciæ aggrauā dis. Interim hortamur prædictos omnes, & alios quoscumque Diœcesanos, vt assiduis precibus à Deo petant diuinam opem, qua freti pertractemus, & decernamus, quæ ad Cleri disciplinam plebisque salutem ad diuini cultus incrementum necessaria sunt, & opportuna; ad quem effectum veniant etiam parati ad sacram Eucharistiam sumendam inter Missarum solemnia, in quorum fidem hæc firmari, & publicari iussimus. Mileti die 6. Maij 1642.

Gregorius Episcopus Mileten.

Franciscus Satrianus Archipresbiter, & Secret.

Præmonitiones Cleri.

Accedant omnes ad Synodum vocati, uti prædictum est cum Vestibus talaribus Clericalibus, & cotta, Birretis Clericalibus, superpelliceis mundis, & aliis vestibus seu insignibus sacris, ut moris est. Afferant litteras ordinum, & beneficiorum suorum facultatis & deputationis suæ.

Parochi deferant notam omnium Clericorum, & aliorum suæ curæ subiectorum cum distinctione an sint confirmati, nec ne. An sint apti ad Sacram Eucharistiam suscipiendam, & an illam suo tempore susceperint. Afferant etiam notam si qui sunt excommunicatorum, Blasphemorum publicorum Concubinariorum, coniugum divisorum & similium personarum, quæ aliis scandalosæ sunt, nec non indicem abusus tollendos. Afferant inventaria bonorum stabilium, & mobilium Ecclesiæ suæ sacræque supellectilis, quæ non dum detulerunt, & ut in librum referri queant; ea scribi curent in folio magno, cuius margo ad duos digitos circum circa remaneat non scripta, & character sit clarus, & legibilis. Afferat unusquisque Breviarium, & Calendarium huius anni cum nomine præscripto; qui legitime impediti non venerint, transmittant tamen ad nos prædicta. Antequam discedant domo sua, Parochi curent relinquere aliquem Cappellanum, qui à nobis, habeat facultatem audiendi confessiones, ne interim dum vacatur Synodo, animarum cura periclitetur. Dum Synodus celebrabitur in Victu, Vestitu, Incessu, & in omnibus aliis modestiam præseferant Ecclesiasticis congruam; hortentur interim Plebes suas, ut à Deo petant opportunam Synodi directionem, & ad id etiam curent ieiunia aliaque opera pia fieri; feria quinta post Pascha addatur omnibus Missis collecta de Spiritu Sancto idemque fiat, dum Synodus celebratur; & ipsa Dominica in Albis dicantur etiam in singulis Parochiis Litaniæ cum precibus annexis. Vicarii Foranei adsint coram nobis die decima quinta Aprilis cum notulis citationis eorum, qui in suo Vicariatu interesse Synodo debent notatis nomine, cognomine, ordine, titulo, Dignitatis, & Beneficii.

Gregorius Episcopus Mileten.

Franciscus Satrianus Archipresbiter Secretarius

OFFICIALES SYNODI CELEBRANDAE in Nostra Cathedrali proxima feria 2. post Dominicam in Albis.

Consultores:

R.D. Marcus Antonius Restura Thesaurarius I.V.D.
R.P. Fr. Bonauentura Gimiglianus Min Con. S.T Mag.
R.D. Petrus Antonius Argirò I. V D.
Cleric. Dominicus Lacconiti I.V.D.

Secretarius.

R D. Franciscus Satrianus Archipresbyter.

Pro Secretariius.

Cler. Io. Baptista de Giglis.

Promotores:

R. D. Felix Artusa Canonicus.
D. Iacobus Brunus.

Querelarum, et excusationum Iudices cum nostro Vic. Gen.

D. Nuntiatus Tranquillus Canonicus Pitij I.V.D.
D. Felix Crispus S T. & I.V. D.

Praefecti Disciplinae, et Seruitij.

D. Syluester Turbulus I.V.D.
D. Io. Bernardinus de Cunis I.V.D.
D. Ioseph Antonius Thegani Rector S. Honuphrij

Coni

Confessarij cum plena potestate.

R. D. Felix Sagitta Decanus.
R. D. Dominicus Seminara Canonicus.
D. Franciscus Antonius Ianuarius I.V.D.
R. P. Fr. Bonauentura Cimilianus Ord. Min. Con. S. T. M.

Procurator Cleri.

R. D. Dominicus Mayda Canonicus.

Magistri Cæremoniarum.

R. D. Franciscus Tornesius Canonicus.
R. D. Franciscus Quaranta Canonicus.

Ostiarij.

D. Ioseph Cepari.
Diaconus Dominicus Sapcnius.

Notarius.

D. Iacobus Sciglianus.

Gregorius Episcopus Miletensis

Franciscus Serianus Archipresbyter Secret.

INDEX

CAPITVM MATERIARVM.

Nos

NOS GREGORIVS PANZANVS DEI;

& Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Miletensis, Barõ Galatri &c.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & ad gloriam Deiparæ Semper Virginis, & S. Nicolai Patroni laudem, quæ sequuntur decernimus in prima nostra Synodo Diœcesana, & obseruari mandamus.

De fide, & Doctrina Catholica.

CAP. I.

MEminerint omnes, qui ex Sacrorum Canonũ præscripto tenentur ad emittendam fidei professionem, vt eam quam primum emittent sub pœnis in eisdem Canonibus contentis.

Vt vero facilius Pueruli, & Idiotæ Christianæ fidei rudimenta discant; curent sedulo Parochi ea sub pœnis arbitrio nostro, diebus festiuis post prandium, seu alia commodiori hora, in Ecclesia docere, ad idque inuitent mane in Missa, & hortentur parentes, vt transmittant filios eiusque reducant in memoriam obligationem, quam habent ipsimet parentes, imo etiam Compatres, & Cómatres docendi huiusmodi rudimenta. Idem etiam curent Magistri in suis scholis.

Et quia experimento comprobatum est multũ ad prædicta conducere SS. Rosarij alta voce in Ecclesia recitationem; ideo sedulo inuitent, & hortentur omnes ad tam pium opus, & narrent etiam sacras Indulgentias ijs concessas, qui ascribuntur confraternitati eiusdem quam vbi non est, curabunt instituere; & illud saltem singulis hebdomadis recitent,

Vtq; omnia melius, & vniformius fiant, curent habere libellum Doctrinę Christianæ, à Cardinale Belarmino olim conscriptum, & à nobis sæpè impressum, additis nõnullis orationibus, & modo breuissimo recitandi dictum Sanctissimum Rosarium.

Iam diù Sacra Congregatio Romæ disposuit, ne vllus sanctus de nouo addatur litanijs. Ideo id omnino seruetur prout etiam litanijs B. Virginis nihil addatur.

Vt vero eadem S. Fides illibata conseruetur renouamus ordines in alijs Synodis datos librorum impressoribus, & venditoribus, quos adamussim seruari mãdamus.

De Verbi Dei Concionatoribus.

CAP. II.

SAcri Concionatores totis viribus curent se ad populi captum, & vtilitatem accommodare, neque ostentent scientiam, sed potius toti sint in moribus corrigendis & vitijs extirpandis.

Nullibi admittantur, nisi ostendant nostras litteras, & facultatem concionandi sub pœnis suspensionis, & alijs arbitrio nostro: Regulares vero neque etiam in proprijs Ecclesijs audeant habere conciones, sine nostra benedictione, vel licentia respectiuè sub pœnis in sacris constitutionibus contentis.

Et vt omnes fruantur pane Verbi Dei; curent Parochi vt saltem tempore Quadragesimali in suis Ecclesijs sit aliquis concionator, etiam vbi huc vsque non fuit; & si propter loci angustiam non erit possibile concionatorem toto eo sacro tempore alere; saltem communicata re cum locis viciniorbus eadem angustia laborantibus ita

inter se conueniant, vt bis adminus singulis hebdomadis singula loca audiant Concionatorem, ad idque etiã sedulo incumbant Vicarij Foranei, & rem etiam ad nos deferant vt superare possimus omnes difficultates.

Nullo modo permittantur noctu conciones, neq; etiam in feria quinta, aut sexta maioris hebdomadæ sub pœnis in alia Synodo contentis.

De præbenda Theologali, & Congregatione casuum Conscientiæ.

C A P. I I I.

QVi præbenda Theologali fruitur habeat bis in hebdomada feria 2. & 5. suas lectiones sub pœna subtractionis fructuum arbitrio nostro, et si quandiu erit impeditus subrogetur alius de nostro consensu, qui vices suppleat sub eisdem pœnis.

Congregationes vero, seu Academias cãsuum conscientiæ à nobis instauratas. Quilibet Parochus nisi aliter nobis visum fuerit, habeat in sua Ecclesia semel in hebdomada; ad quam conuenire teneantur omnes Clerici eiusdem loci decem,& octo ætatis annos excedentes, exceptis ijs, qui in aliqua Vniuersitate Doctoratus laurea dotati sunt, & singulis mensibus teneatur quisque ad nos epistolas trasmittere, in qua narret casus propositos, & resolutiones datas, & in subscriptione addat ætatem, & ordinem suum.

Si vero, qui non excedunt decimum octauum annum teneãtur epistolã de aliqua re ad nos transmittere vt etiã ipsi exerceãtur,& in subscriptione notẽt etatẽ,&ordinẽ. Si vero ex aliqua causa indulgebimus alicui, ne teneatur

adesse dictis Academijs; Volumus nihilominus teneri sin-
gulum ad epistolam conscribendam, quas Epistolas defe-
rant omnes Rectori, vel ei, qui de ordine nostro præerit
Academijs, qui illas tradat Vicario Foraneo cum nota
Clericorum, qui epistolas non dederunt, & Vicarius Fo-
raneus ad nos transmittet in fine cuiuslibet mensis, &
contra transgressores procedemus ad pænas arbitrarias,
sicut etiam seuere multabimus, qui immodeste se gerent
in dictis Academijs.

De Sacris Reliquijs, Miraculis, & Repræsentationibus.

C A P. I V.

Sicut iubemus sacras Reliquias debito honore coli, sic expresse prohibemus nouas Reliquias, seu miracula proponi, nisi re à nobis mature discussa, & seruatis ijs, quæ à sacris Canonibus, & alijs Synodis iniunguntur. Idemque dicimus de sacris Imaginibus, quæ nullo modo proponentur in templis, neue excudentur ab impressoribus nisi de nostra licentia.

Repræsentationes etiam Sacræ non habeantur nisi nobis id concedentibus, & nullo modo in Ecclesia, nec in ijs Clerici sint actores, & præcipuè prædicta vitentur in maiori hebdomada, in qua prohibemus omnino repræsentationē Passionis D.N.I.C. quocumq; modo neq; carmina, seu prosæ canantur, vel recitentur etiā si essēt pia.

De diebus festis, & eorum obseruatione.

C A P. V.

Dies festi, vt par est seruentur, nec in eis liceat ludos publicos proponere, mimos, aut circulatores per-

mitte-

mictere, choreas ducere, vel personâtes incedere.

Omnes etiam abstineant ab operibus seruilibus, & rurali cura, sub pœnis in alijs Synodis appositis tempore vero messium, & vindemiarum licentia facile concedetur, sed sciant omnes illam esse petendam.

Sic etiam vbi est concursus aduenarum diebus festis facile concedetur licentia venditoribus comestibilium audito tamen sacro, & taberna semiclausa.

Parochi curent habere ad populum sermonem, & docere Doctrinam Christianam, sacrumque Rosarium recitare, vt supradictum est.

Ritus etiam in his partibus fere abolitus restituatur benedicendi cibos ipso sancto die Paschatis, & ad id promptos se exhibeant Rectores, hortenturque ad id plebem suam narratis etiā sacris historijs ad eā rem incitantibus.

Candelas, Cineres, & Palmas suo tempore benedicāt Rectores, & distribuant in Ecclesia; nullus autem conqueratur de candelis, aut palmis, quod non sint magnæ, & ornatæ, cum dentur ad pietatem nutriendam, non ad fastum inflandum.

In locis contiguis, vt tollantur Iurgia, & Scandala; præcipimus vt festa vnius loci seruentur etiā in alio, idq; diligentissimè curent Rectores, & Vicarij Foranei.

De Sacramentis in Genere.

CAP. VI.

IN Sacramentorum administratione, & conseruatione, ea omnia diligentissime seruentur, quæ in Rituali Romano felicis Record. Pauli V. præscripta sunt, & ea insuper, quæ in Antecessorum nostrorum Synodis ordinag;

nantur dicto Rituali, & alijs Pontificijs constitutionibus non discrepantia.

Si quando obstetrices, aut alij ob periculum mortis domi baptizauerunt infantem; teneantur quam primum adire Parochum, eique referre quid fecerint, vt possit opportunum capi consilium, sub pęnis arbitrio.

Rectores non teneantur post baptismum adire domos parturentium easque benedicere.

Non diu differatur baptismus, & in hoc stetur iudicio Rectoris.

Vasa Oleorū Sacrorū habeant litteras extensas, vt vitentur errores, quos in sacra Visitatione cognouimus.

Claues nō solum Sanctiss. Eucharistiæ, sed etiā sacrorum Oleorū retineantur a Rectoribus sub pęnis arbitrio.

Deinceps curent Rectores, ne tantum Sacramentum dum est expositum careat debita assistentia saltem vnius Clerici in sacris constituti cum superpelliceo, qui oret ante ipsum, & nunquam surgat, nisi vrgeat aliqua necessitas circa altare, vel luminaria, & similia.

Societates Sanctiss. Sacramenti de nouo instaurentur.

De Celebratione Missarum.

CAP. VII.

ATtendantur ea, quæ salubriter in alijs Synodis ordinata sunt.

Deinceps eleemosina pro singulis Missis celebrandis erit saltem vnius caroleni.

Inseruiant Clerici Missis etiam priuatis cum superpelliceo deuote, & modeste.

Virgines, & Viduæ audiant sacrum sub pęnis in Superiori

riori Synodo contentis, quibus etiam supponimus parentes, consanguineos, seu tutores, aut quoscumque alios, quorum sub cura viuunt, qui directè, vel indirectè impediunt, ne prædictæ accedant ad Ecclesiam, curent etiam Parochi, vt Pastores, & alij huiusmodi diebus festis Missam audiant, & aliquando etiam Sacras Conciones, doceantque eos Christianæ fidei rudimenta.

De Pœnitentiæ Sacramento.

CAP. VIII.

VT omni cum diligentia, & sanctitate Pœnitentiæ Sacramentum ministretur, vltra alias præscripta monemus omnes, & cautissimè attendant constitutionē Felicis Record. Gregorij XV. contra sollicitantes editam, quam etiam singuli Rectores legant singulis annis in prima Academia post Pascha.

Nullus tam Sęcularis, quam Regularis audeat Confessiones audire nisi fuerit à nobis approbatus, cùmq; approbati obseruare ea, quæ in nostris approbationū formulis continentur; abstineant etiam ab absolutione à reseruatis, & quascumque facultates cōcessas reuocamus.

Formulæ autem approbationis huiusmodi pro Presbiteris Secularibus.

GREGORIVS PANZANVS DEI, ET APOSTOLICæ Sedis gratia Episcopus Mileten. Baro Galatri, &c.

DIlecto nobis in Christo . . . . Presbitero, & ad infrascripta prauio diligenti examine idoneo reperto, & approbato salutem, & sinceram in Domino Charitatem. vt in dicto loco de licentia tamen Rectorum Parochialium Sacramentalis Confessiones vtriusque

sexus

fixis Christifidelium in Ecclesijs Parochialibus patentiloco, & Cathedra ad id fabrefacta, ita vt inter te, & pœnitentem tabula fixa intersit cum craticula saltem lignea paruis foraminibus, vt nec manus, nec os intromitti possit de die, & nunquam de nocte, neque in priuatis ædibus, nisi ex causa maxima infirmitatis, cum habitu decenti, ac superpelliceo, & stola audire eisdemque pariter absolutionem sacramentalem impertiri possis, & valeas, dummodo te à casibus nobis, & Apostolicæ sedi reseruatis, abstineas; licentiam in Domino concedimus, & elargimur præsentibus ad sex menses duraturis, commonentes te de his, quæ à Fel. Record. Greg XV. in sua constitutione, tibi de mandato nostro perlecta, & notificata contra sollicitantes, & onere eiusdem sollicitantes denunciandi decreta, & statuta fuerunt in quorum fidem, &c.

Casus nobis reseruati, sunt infrascripti.

1 ENormis in Deum, ac B. Virginem, cæterosque sanctos Blasphæmia, ex parua consuetudine.

2 Veneficia, Incantationes, Sortilegia, etiam sine expressa Dæmonum inuocatione.

3 Vitium Sodomiticum, Bestialitas, & contra naturam.

4 Homicidij Voluntarij perpetratio, procuratio, & consilium, sequuto effectu, sub quo etiam Abortum, animato fætu, includi intelligimus.

5 Incestus in primo, & secundo gradu sanguinis, & in primo tantum affinitatis, etiam spiritualis, & ex fornicatione.

6 Incendium, & depopulatio agrorum, cum excõmunicatione.

7 Virginum defloratio, etiam consentiente parte.

8 Falsa depositio in Iudicio contra Innocentem, & Fiscum.

9 Fractio Ieiunij quadragesimalis in cibis Paschalibus cum excommunicatione.

10 Recusatio solutionis Censuum, Reddituum, Decimarum, & iurium quorumcumque Ecclesiasticorum.

11 Allocutio cum monialibus, tam oretenus, quam per epistolas sine licentia, cum excommunicatione parentibus, consanguineis, & affinibus in primo gradu exceptis.

12 Medicorum accessus ad ægrotum non confessum, vltra tres dies.

13 Concubinatus seruata iuris forma, vltra sex menses.

14 Virginum, ac Viduarum torpor, ac negligentia in audiendo

fatio, Festis, ac Dominicis diebus, necnon etiam parentum seu consanguineorum, aut eorum, quorum sub cura prædictæ viuunt negligentia in ijs transmittendis ad sacrũ audiẽdũ.

15 Fœminarum insignium, vel consanguineorum, & aliorum huiusmodi funere publicè se percutientium, faciem lacerantium, & capillos euellentium excessus, & huiusmodi mulierum ad cantum lamentabilem conductio.

Formula pro Regularibus.

DIlecte nobis in Christo Fratri . . . . . . Ordinis à Superioribus eiusdem tui Ordinis vita moribus, &c. specialibus litteris ad infrascripta commendato, & prævio diligenti examine idoneo reperto, & à nobis approbato salutem & sinceram in Domino Charitatem, vt in Ecclesia Conuentus, siue Monasterii tui Ordinis, loci . . . . . . de cuius Conuentu, vel Monasterio ad præsens existis vtriusque sexus fidelium ad te confluentium sacramentales Confessiones audire de die non tamen de nocte, & cum stola saltem supra tui Ordinis habitum in Cathedra patenti in loco dictæ Ecclesiæ statuta, in qua inter te, & pœnitentes fixa sit tabella cum craticula saltem lignea paruis foraminibus perforata, vt nec manus neque os admoueri possit, numquam tamen extra dictam Ecclesiam, & multo minus in ædibus priuatis, aut alibi nisi in casu necessitatis, audire possis & valeas dummodo te a casibus nobis & Apostolicæ Sedi reseruatis omnino abstineas sub censuris, & pœnis a Felic. Record. Clem. Papa VIII. statutis licentiam in Domino concedimus, & elargimur præsentibus ad sex menses duraturis, commonentes te insuper de his quæ a Fel. Recor. Greg. XV. in sua constitutione de mandato nostro tibi perlecta, & notificata contra sollicitantes de crimine denunciandi confessores sollicitantes statuta fuerunt. In quorum fidem, &c.

Casus nobis reseruati, vt supra sub formula Presbyterorum Secularium.

De Sacramento Ordinis.

C A P. I X.

SEruentur decreta S. Congregationis circa promouendos ad Primam Tonsuram, & ad Minores Ordines.

Insuper Parochi, in relatione quam ad nos facere debent pro Ordinandis, expressè apponant an frequentauerint Ecclesiam, dum in ea docentur Christianæ fidei rudimenta. Si vero iam sunt Clericali Militiæ ascripti, & ad altiores Ordines cupiunt ascendere, indicent Parochi an inseruierint Ecclesiæ iuxta præscriptum; & an in omnibus satisfecerint nostris ordinationibus, de vita, & habitu clericorum, & præcipuè an scholas, vel Academias iuxta ætatem frequentauerint, Epistolasque singulis mensibus consignauerint, & prædicta, & alia omnia referant cum iuramento.

De Matrimonij Sacramento.

CAP. I.

Obseruetur, & attendatur diligentissimè decretum Sacræ Congregationis Inquisitionis Romanæ contra Poligamiam, quod & hic subijciemus.

Inuigilent Parochi pariterne, vt si quando pro dispensatione obtinenda Romam scribendum est, ea omnia scribant, quæ scribenda sunt, vt dispensationes validæ sint, nec subreptionis, aut obreptionis vitio laborent, in maximum animarum & bursarum detrimentum.

Curent Parochi, ne sponsi cohabitent ante quam contrahant in facie Ecclesiæ, & totis viribus incumbant, vt hunc abusum tollant, sub pœnis in alia synodo contentis.

Ordine, & Decreto contra la Poligamia della Santa, & Vniuersale Inquisitione di Roma.

Molto Illustre, & Reuerend ssimo Signore come Fratello, è così frequente il delitto di Poligamia nel Santo Officio, ancorche seueramente venghi castigato, che hà dato occasione à questi Eminentissimi

mini

della Signoria di V.S. opportarui qualche remedio. Perche si è visto per esperienza, che bona cagione di questo eccesso è la facilità con che si esaminano, e s'ammettano li testimonij da gli Ordinarij ancorche non conosciuti senza farli specificare bene le circunstanze necessarie, & constare la libertà di quelli, che vogliono contrarre. Ha la Santità di N.S. espressamente ordinato, che si mandi à V.S. & à tutti l'Ordinarij l'inclusa instruttione per esaminare simili Testimonij sopra gli interrogatorij contenuti in essa auuertendola, che sodisfacciano in modo nella risposta, ch'euacuino bene tutte quelle cose che se l'addimandano. E perchè ciò possa seguire con maggior esattezza s'ordina, che si debbano esaminare auanti V.S. ò suo Vicario da quali saranno interrogati, prohibendosi omninamente il farsi tali esami dalli soli Notari.

Dourà in oltre auanti esaminare il Testimonio doppo datoli il Giuramento ammonirlo di dire la verità, auuertendolo, che se deporrà il falso sarà castigato di pena di Galera, come il medesimo Testimonio. & acciò li Vicarij, & Notarij siano più diligenti, & cauti, & non habbiano altri d'interesse alcuno espressamente si prohibisce à gli Vni; & à gli altri sotto pena della priuatione dell'Officio, & altre arbitrarie etiam afflittiue del corpo il pigliare per simile esame mercede di sorte alcuna, ma si douranno esaminar gratis, etiam quoad scripturam. Eccettuato però quello ch'era solito giustamente prendersi auanti questo ordine. Auuertendola per ordine preciso di Sua Beatitudine, che se non saranno osseruate le cose sudette per l'auuenire, e perciò seguirà il detto delitto di Poligamia, farà questa Sacra Congregatione graue risentimento contro i Vescoui, Vicarii, & Notarii, che haueranno trasgredito come contro di quelli che saranno stati causa d'vn tale eccesso. Farà finalmente V.S. notare la presente lettera in cotesto Archiuio, acciò resti à perpetua memoria registrata per informatione de suoi Successori. Si è poi per mente contenta di significare questo ordine, & instruttioni à Vescoui suoi suffraganei acciò da essi parimente siano puntualmente eseguiti pregandoli per fine prosperità, e contenti. Di Roma li 13. di Luglio 1620.

Di V.S. come Fratello

Il Cardinal S. Honofrio

La.

Instructio pro examine illorum testium, qui inducuntur pro contrahendo Matrimonio in Curia Eminentis- simi Cardinalis Vicarij Vrbis, & in alijs Curijs Exterorum Ordinariorum.

IN primis testis moneatur de grauitate iuramenti in hoc præsertim negotio, pertimescendi in quo diuina simul, & humana Maiestas læditur ob rei de qua tractatur importantiam, & grauitatem.

2 Interrogetur de nomine, cognomine patria, ætate, exercitio, & habitatione.

3 Interrogetur, an sit Ciuis, vel exterus, a quanto tempore est in loco in quo testis ipse deponit.

4 An ad examen accesserit sponte, vel requisitus, si dixerit accessisse sponte à nemine requisitus, interrogetur, an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes, & si responderit negatiuè, testis admittetur; quia præsumitur mendax: si verò dixerit accessisse requisitum.

5 Interrogetur an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum nomine.

6 Interrogetur, an cognoscat ipsos contrahere volentes, e a quanto tempore quo loco, & qua occasione, cuius qualitatis, & conditionis existant, si responderit negatiuè testis dimittatur. si verò affirmatiuè.

7 Interrogetur an contrahere volentes sint ciues, vel exteri si responderit extraneus.

8 Interrogetur a quanto tempore accesserit ad hanc Vrbem vnde venerit, & an venerit insimul, vel separatim. Si responderit venisse de recenti r vel simul, supersedeatur in licentia contrahendi, donec per literas eorum

Ordi-

Ordinarij, ac loci à quo recessere doceatur inter contrahentes non esse impedimentũ, & mulierẽ non esse raptã.

Si vero responderit venisse à multo tempore citra, vel contrahentes non esse ciues.

9 Interrogetur sub qua Parochia hactenus contrahentes habitauerint, vel habitent de præsenti.

10 Itẽ an ipse testis sciat aliquem ex prædictis contrahere volentibus quandoq; habuisse vxorẽ, vel maritum.

Si responderit affirmatiuè, non procedatur ad licentiam nisi producantur authenticæ, & legales attestationes, vel testes fide digni, & verisimile informati de obitu coniugis defuncti.

Si vero testis responderit non habuisse vxorem, vel Maritum.

11 Interrogetur de causa scientię, & an sit possibile quod aliquis ex illis habuerit vxorem, vel maritum, & quod ipse testis nesciat.

Si respõderit affirmatiuę supersedeatur, nisi ex illis testibus probetur cõcludẽter nõ habuisse vxorẽ, vel maritũ.

Si vero responderit negatiuè.

12 Interrogetur de causa scientiæ, ex qua deinde Iudex colligere poterit an testi sit danda fides.

Si responderit contrahentes habuisse vxorem, vel maritum, sed esse mortuos.

13 Interrogetur dę loco, & tempore quo sunt mortui, & quomodo ipse testis sciat esse mortuos.

Interrogetur an post mortem dicti coniugis defuncti aliquis ex predictis contrahere volentibus transierit ad secunda vota.

14 Interrogetur an esse possit quod aliquis ex illis transierit ad secunda vota absque eo quod ipse testis sciat.

Si re-

Si respo nderit affirmatiuè, superſedeatur in licentia de nec producantur teſtes per quos negatiua coarctetur concludenter.

Si verò negatiuè.

15 Interrogetur de cauſa ſcientię, qua perpenſa po terit iudicari an ſit concedenda licentia nec ne.

Si contrahentes ſint vagi, non procedatur ad licentiā contrahendi ni doceant per fides ordinariorum ſuorū eos eſſe liberos, & in alijs ſeruata forma Conc. Trid cap. mul ti Seſſ. 24. fides aliaq; documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, niſi ſit munitæ ſigillo, & legalitate Epiſcopi Ordinarij, & recognitæ ſaltem, per teſtes, quia habeant notam, manum, vel ſigillum.

Pro teſtibus in hac materia recipiantur magis conſanguinei, quàm extranei, quia præſumuntur melius informati, & Ciues magis, quam extranei.

De Supplicationibus, & Funeribus.

C A P. X I.

SAtis de Supplicationibus, & Funeribus dictum eſt in alijs Synodis, lo'u n addimus, quoad ſupplicationes ne deinceps fiant noctis tempore, nec in eis permittātur homines ſemiaudi catenis, aut ſpinis pręcincti, aut alio modo pęnitētiam ſingularē [illegible] id ſæpe aliquam vanitatē in ipſis, & non raro riſum in [illegible]

Caueant Parochi, ne cito ſepeliri permittant cadaue ra, præcipuè eorum, qui repentina morte cadunt, ne aliquis forte ſemimortuus tanquā verè mortuus tumuletur.

De Dignitatibus, & Canonicis.

C A P. X I I.

COnſideret Capitulum Cathedralis noſtræ debere vitæ candore, ac ſcientia omnibus anteire, ac pro

inde attendat diligenter, & obseruet ea, quę disposita sunt in alijs Synodis, quæ hic censeantur repetita.

Quoad seruitium Missarum Conuentualium, quoad horam, & modum recitandi officium, obseruentur infra-scriptæ nostræ ordinationes.

At vero, quia non omnes Missæ cantandæ singulis solemnibus diebus ascriptę sunt certis personis, ideo nobis pręsentibus cantabuntur ab illo cui nos id iniunge mus, nobis vero absentibus ab hebdomadario.

Discant omnes cantũ Gregorianũ, & assistant lectioni habendæ à Præbendario Theologo, siue eius substituto: Academiam vero studeant pro viribus frequentare, vt semper eruditiores fiant.

Punctatores singulorũ Capitulorũ fiant singulis annis, illiq; iurare teneãtur in manibus nostris, & primæ dignitatis in pleno capitulo de officio fideliter administrãdo.

Sigillũ, & scripturæ capituli seruentur sub duabus clauibus, nec cuiquam liceat aliquã scripturam efferre, seu firmare, nisi id cautum fuerit capitulo rite congregato, sub pęna excõmunicationis ipso facto incurrenda nobis reseruatæ, dictæ autem duæ claues conseruentur à duobus Archiuistis quolibet anno eligendis per vota secreta in pleno capitulo, qui etiam iurent prædicta obseruare.

Epistolæ ad capitulum transmissæ non aperiantur, nisi capitulo conuocato, & illis respondeatur secundum vota maioris partis sub ijsdem pęnis.

Quolibet anno ij, qui administrauerint redditus, reddant exactam rationem exhibito libro administrationis tribus capitularibus deputandis, qui referant in pleno capitulo, & omnes libri, & scripturæ spectãtes ad dictã administrationẽ cõsignẽtur Archiuistis sigillatim descriptæ,

Sic

Sic etiã in fine anni consignentur custodi sacrarij suc-cessori, ab antecessore, omnia vasa, vestes, & libri Ecclesię.

Capitulum Pitij obseruet praeterea ordinationes pecu-liares a nobis propositas.

Tabella Ministrorum, tam Missarum solemnium, quam etiam Vesperarum in nostra Cathedrali.

Quotiescumque Archidiaconus celebrabit eidem pro Dia-cono prior, ex Canonicis; pro Subdiacono alter eidem pri-ori Canonico proximior inseruiat.

Decano celebranti tertius ex antiquioribus Canonicis pro Diaco-no quartus eidem pro Subdiacono ministret.

Cantori vero quintus ex ante dictis antiquioribus Canonicis pro Diacono: sextus pro Subdiacono assistat.

Thesaurario autem celebranti septimus, ex eisdem antiquioribus Canonicis pro Diacono, octauus pro Subdiacono deserui.t.

Ach presbytero solemniter celebranti, qui est vltima Dignitas post Pontificalem, nonus ex Canonicis pro Diacono, deci-mus pro Subdiacono ministret,

Priori ex Canonicis Conuentualem Missam solemniter celebran-ti pro Diacono secundus ex antiquioribus pro Subdiacono, tertius ex eisdem antiquioribus canonicis deseruire debeat.

Si secundus ex antiquioribus Canonicis solemniter celebrauerit Diaconi officium tertius ex antiquioribus, quartus Subdia-coni ministerium subeat, sicque reliquis celebrantibus ca-nonicis immediate post celebrantem sequentes pro Diacono, & Subdiacono inseruiant.

Penultimo Canonico celebranti [illegible] canonicus erit Diaconus, & vltimus subdiaconus.

Vltimo ex canonicis, si solemniter celebrauerit, antepenulti mus pro Diacono penultimus pro Subdiacono ministret.

Absentibus aut legitime impeditis, qui celebrare, vel ministrare, vt supra debuerint suppleat sequens, & immediatus in ordine, vt proximior, & prior ordine Diaconi alter subdiaconi ministerium subire debe.t.

Vltimo ex Canonicis celebrante, aut penultimo si aliqua ex supra deputatis pro ministerio Diaconi, vel subdiaconi absens, vel impeditus fuerit, suppleat is qui sequitur ordine retro-

grado

grado, idest absente ante penultimo inseruiat loco ipsius qui eidem est proximior, & superior in gradu.

Sed si absque legitima causa quis ex supra assignatis in munere suo defecerit, vel absens fuerit pro qualibet vice mulctam carolenorum duorum ipso facto incurrat, illique applicetur, & tribuatur, qui in eius locum successerit, & pro ipso absente ministrauerit alias non ministraturus.

Ii vero, qui assignati sunt Diaconi, & Subdiaconi in missa, erunt assistentes in vesperis, deficientibusque assignatis supplebitur, vt supra dictum est de Missa sub eadem pœna.

Tabella horarum primi signi ad Sac. Officia diebus ferialibus celebranda in Cathedrali Mileten. diebus vero festis dabitur dimidia hora tardius primum signum quãdo erit habẽda Sac. Cõc. vel alia S. functio, tũc anticipabitur, vel postponetur iuxta præscriptũ Illustris. vel eo absente Vicarij Vltimũ signũ dabitur dimidia hora post primũ.

	Ad Matutinũ	Ad Vesperas
Ianuario primis 15. diebus	*hora 15*	*hora 20. cum dimid*
aliis sequentibus.	*hora 14 cum dim.*	*hora eadem*
Februario primis 15 diebus	*hora 13 cum dim.*	*hora 20*
aliis sequentibus	*hora 13 cum dimid*	*hora eadem*
Martio primis 15. diebus	*hora 12 cum dim.*	*hora eadem*
aliis sequentibus	*hora 12.*	*hora eadem*
Aprili primis 15 diebus	*hora 11 cum dim.*	*hora eadem*
aliis sequentibus	*hora 11*	*hora eadem*
Maio primis 15 diebus	*hora 10 cum dim.*	*hora 19 cum dimid.*
aliis sequentibus	*hora 10*	*hora 19*
Iunio toto	*hora eadem*	*hora eadem*
Iulio toto	*hora eadem*	*hora eadem*
Augusto primis 15. diebus	*hora 10 cum dim.*	*hora 19 cum dimid.*
aliis sequentibus	*hora 11*	*hora eadem*
Septembri primis 15 diebus	*hora 11 cum dim.*	*hora eadem*
aliis sequentibus	*hora 12*	*hora eadem*
Octobri primis 15. diebus	*hora 13*	*hora 20*
aliis sequentibus	*hora 13 cum dim.*	*hora eadem*

Nouenbri primis 15 diebus	*hora 14*	*hora eadem*
aliis sequentibus	*hora 14 cum dim.*	*hora eadem*
Decembri toto	*hora 15*	*hora 20 cum dimid*

Ad Missam, & Vesperas diebus festiuis, & eorum peruigiliis Canonici non exhibunt Sacrario, nisi prius audiant voluntatem Illustrissimo, an velit interesse, eiusque voluntatem sequantur.

De Vicarijs Foraneis.

C A P. XIII.

VIcarij Foranei diligenter inuigilent obseruationi Sacrorum Canonum, & nostrarum ordinationum editarum, & edendarum.

Sedulo etiam incumbant ad ea, quæ de festorum obseruationibus, Questuarijs, Cinganis, Histrionibus, & Concubinarijs ordinata sunt in sacris Canonibus, in alijs Synodis, & à nobis.

Attendant etiam ad ea, quæ de Concionatoribus diximus, & notificent nobis singulis annis, saltem per quindecim dies ante septuagesimam, an vbique sit designatus Concionator, & quid nam de ea re sit conclusum, operamq; suam exhibeant Parochis, nostram etiam impigre præstituri.

Indicent diligenter nobis quomodo se gerant refugiati in Ecclesijs, ad hoc vt obu[illegible] scandalis.

Curent Academias vbique fieri, & Epistolas Clericorum singulis mensibus ad nos transmittant, & alia omnia obseruari curent à Clericis, quæ à nobis ordinata sunt.

Habeant taxam pecuniarum Seminario debitarum eãque exigant, & transmittant AEconomo, & eodẽ modo exigant taxas spoliorum, tam Rev. Cam. Apostol. quam

nobis

nobis debitas, vt sic vitetur damnum, quod Clero nostro prouenit ex Commissarijs, ad exactionem destinatis.

Caueant ne vllus exorcizet obsessos, qui non sit à nobis expressè, & in scriptis approbatus.

De Parochis.

CAP. IV.

ATtendant Parochi ad ea, quæ ijs iniuncta sunt in Sacris Canonibus, & in alijs Synodis, Præcipuè vero singulis Dominicis, & festis diebus, curent, vt vna Missa celebretur summo mane à Sacerdote, ab eisdem deputando, pro maiori populi commoditate, & vt omnes etiam Virgines, & Viduæ sublato contrario abusu conuenire possint. Alia vero missa celebretur hora solita, & in vtraq; populo annuncientur festa, ieiunia, matrimonia, & alia omnia, quæ debent publicari ad hoc vt fiant toti plebi notiora: ne vero Parochi sentiant detrimentũ ad eos spectent omnes oblationes, quæcumq; illæ sint, tam primæ, quam secundæ Missæ.

Curent etiam vt in suis Ecclesijs saltem bis in hebdomada tempore quadragesimali sit aliquis Concionator, vt supra dictum fuit, & in hoc sedulam narrent operam.

Nullo modo [illegible] singulis Dominicis, & festis diebus erudire plebẽ sibi cõmissam, dũq; habetur sermo, nemo omnino audeat Rectorem interrumpere, & multo minus corrigere, seu dicterijs carpere sub pœnis arbitrio.

Doceant etiam Rectores doctrinam Christianã recitent Sanctiss. Rosarium singulis hebdomadis, vt supra dictũ est, & in fine recitent actum contritionis, in nostris schedulis notatum, crebroq; inculcent plebi vtilitatem eius-

dẽ legãt casus cõscientię semel in qualibet hebdomada, nisi alteri de nostro ordine hoc munus demãdatũ fuerit. Epistolasque ad nos mittant, vt supra dictum est.

*H*ortentur suã plebem ad conueniendum in Ecclesia ad recitationem Vesperarum singulis festis ad quam etiam teneantur Clerici.

Habeant pro proxima Sacra Visitatione Registra, seu plateas, vt vocant bonorum, & iurium suarum Ecclesiarum, cum nominibus, & cognominibus antiquorum, & modernorum possessorum, & vicinorum, quæ nobis exhibeantur in folio magno, cum margine circum circa duorum digitorum, vt sic melius insimul compingi, seu in librum redigi possint ad perpetuam rei memoriam.

Libri baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum, & mortuorum, & prædicta registra, seu plateæ diligentissime conficiantur, & semper relinquantur in ea Ecclesia ad quam spectant, etiam si Rector, qui prædicta conscripserit, beneficio cesserit, vel alias amotus, aut mortuus fuerit, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ nobis reseruatæ, quam etiam incurrãt ij qui eos quoque modo in præsenti retinent, nec infra mensem restituent Ecclesijs ad quas spectant.

Singuli Rectores vltra breuiarium, & ordinarium, habeant Conc. Tridentinum, Cathechismum Romanum Pij V. Rituale Pauli V. nostra [illegible] Codes, Doctrinam Christianam, & aliquam summam casuum conscientię.

Singulis annis post Pascha mittant ad nos statum animarum in folio magno, vt supra.

Omnino resideant per se ipsos sublatis, & reuocatis omnibus licentijs in contrarium, sub pœna ducatorum vigintiquinque toties quoties à cura iniustè abfuerint

etiam

etiàm per vnicam noctem, non relicto substituto plebi designato, & eandem pœnam incurrant, si abfuerint per decem dies etiam relicto dicto substituto sine nostra expressa licentia.

Habeāt tabellas onerū affixas in Sacristia, nec nō et tabellas festorū, bullā cenæ Dñi, & nostros casus reseruatos.

De vita, & honestate Clericorum.

CAP. XV.

Censeantur hic repetita, & cōfirmata ea omnia, quæ de vita, & honestate Clericorum statuta sunt in al ijs Synodis, ijs tamen exceptis, quæ libertatē, & immunitatem Ecclesiasticam imminuunt, aut restringunt.

Declaramus in hac nostra Synodo, & alijs nostris ordinibus, tam factis, quam faciendis, Clericorum appellatione comprehendi omnes, tam qui habent solam primam tonsuram, quam etiam eos, qui sunt in sacris ordinibus, aut etiā sint Sacerdotes, nisi expresse aliter dicatur.

Curent etiam assistere singulis diebus festiuis, & tota hebdomada Sancta, & tota octaua Sanctissimi Corporis Christi cum superpelliceo, & bireto Clericali Missæ Parochiali, Concioni, Vesperis, & Processionibus, & associare Sanctissimum quando defertur ad infirmos, & insuper prompti sint inseruire missis priuatis ad nutum Parochi, seu alterius Sacerdotis eius vicem gerentis.

Diuidantur etiam inter Clericos dies feriales, in quibus eodem modo assistere debeant, & sic etiam associare Sanctissimum, vt dictum est.

Assistant etiam Doctrinæ Christianę, eamque vel discant, vel doceant iuxta eorum captum, & ordinem Parochi, seu ejus Vicemgentis.

Cantum discant Gregorianum.

Frequentent etiam Academias Casuum Conscientiæ, vel scholas, vt supra dictum est.

Modestiam etiam in vestibus ostendant, vt alias cautū est, ludos fugiant, nec arma gestent.

Teneantur Parochi singulis mensibus referre Vicario Foraneo in scriptis, qui nam defuerunt prædictis seruitijs Ecclesiæ cum iuramento, & Vicarij Foranei illico dictas relationes ad nos transmittant sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda nobis reseruata.

Nullus Clericus possit in laicali iudicio agere, excipere procurare, vel patrocinari, etiam in causis à iure permissis, nec in dicto laicali Iudicio testimonium perhibere in criminalibus causis, nec etiam in ciuilibus, sine licentia in scriptis. & tunc non nisi præstito Iuramento in nostro tribunali Ecclesiastico de veritate dicenda.

Qui vero præmissis aliquo modo contrafecerint incurrant pœnas, & censuras in Sacris Canonibus alijs Synodis, & nostris ordinationibus contentas, quas etiam aggrauari, & moderari posse ad arbitriū nostrum volumus.

De Seminario.

CAP. XVI.

MOres Clericorum, qui in nostro Seminario aluntur, ita eluceant, vt cæteris exemplo sint, sic etiā toto pectore incumbant ad studia bonorum artium.

Taxa beneficiorum nostræ Diœcesis exigatur, vt dictum est à Vicarijs Foraneis.

Quia vero aliqui ex deputatis in superiori Synodo ad Seminarij curam mortui sunt, ideo subrogamus ex Capitu:

pitulo R. Marcum Antonium Recturam Thesaurarium V.I.D. R. Franciscum Satrianum Archipresbiterum, R. Dominicum Mayde Canonicum, ex Clero autem deputamus D. Io. Thomam Rarerium Filandar Rectorem Deputati vero a Capitolo adhuc viuunt, nempe R. Felix de Artusa Canonicus, & D. Cesarius Bozzutus Rector Palmi.

De Monialibus.

CAP. XVII.

Vltra præscripta in alijs Synodis, aduertant ij, qui coniuncti sunt cum Monialibus in primo gradu, quod licet non indigeant licentia ad alloquendum dictas Moniales, in primo gradu coniunctas, id tamen fieri debet diebus, & horis opportunis, nempe non in festis diebus, vel Ieiunij, nec hora officiorum diuinorum, neque etiam sub prætextu alloquendi consanguineas, possunt alloqui alias sub pœnis excõmunicationis latæ sententiæ.

Attendantur etiam, & seruentur alij ordines a nobis præscripti.

Regulares nullo modo accedant ad præfata Monasteria sub pœnis à Sede Apostolica, & à Sac. Cong. iniunctis.

Nullus Sacerdos, neque Secularis, neque Regularis possit celebrare, vel concionem habere in Ecclesijs Monialium sine expressa nostra licentia, qua etiam obtenta, teneantur nihilominus adire Deputatos eorundem Monasteriorum, illorumque directioni se accommodare.

De Locis Pijs.

C A P. XVIII.

INuigilent deputati, seu officiales, vt finis intentus in fundationibus locorum piorum obtineatur, si vero redditus superfint, tunc expendantur in ijs rebus, quę viciniores sunt primæuæ institutioni.

Computa recognoscantur singulis annis à Rectoribus loci, seu Ecclesijs vbi sunt dicta loca pia adiunctis etiam Vicarijs Foraneis, & alijs à nobis deputandis, & ad nos referant ante quam aliquem liberent.

Scripturæ, libri, vasa, & vestimenta sacra consignentur quolibet anno Successori in officio, & de ijs omnibus fiat inuentarium.

Deinceps Procuratores sint duo alter Clericus alter Laicus, nisi aliter in fundatione, seu institutione, vel cõsuetudine legitimè præscripta cautum fuerit, nec durent vltra annum.

De Cathedratico.

C A P. XIX.

CAthedraticum, quod in honorem Cathedræ nobis debetur, in præsenti Synodo liberaliter condonamus pro hac vice dumtaxat.

De Examinatoribus, & alijs Officialibus, vsque ad sequentem Synodum.

C A P. X X.

Examinatores Synodales, Cathedralis nostræ.

R. D. Felix Sagitta Decanus

R. D. Marcus Antonius Rectara Thesaurarius I.V.D.

R. D. Franciscus Satrianus Archipresbiter.
R. D. Felix Artusa Canonicus
R. D. Dominicus Mayda Canonicus
R. D. Dominicus Seminara Canonicus.

Collegiatæ Pitij.
R. D. Nuntiatus Tranquillus Canonicus I.V.D.

Ex Clero.
D. Hieronymus Zanzarius noster Auditor I.V.D.
D. Felix Crispus S. T. D.
D. Io. Petrus Poeta Rector Seminariæ I.V.D.
D. Franciscus Antonius Iauuarius Rector S. Spiritus Montisleonis V.I.D.
D. Siluester Turbulus I.V.D.
D. Petrus Antonius Agirò I.V.D.
D. Petrus Malarbì S.T.D.
D. Vincentius Barilà I.V.D.
D. Bernardinus de Cunis Rector Castri Monardi I.V.D.
D. Placidus Lipari Rector Montis Rubei.
D. Donatus Antonius Fiaschè Rector Rombioli I.V.D.
D. Io. Dominicus Romanellus Rector Ionadi.
D. Io. Baptista Tassonus Rector Comparoni.
D. Io. Baptista Bisognus Rector S. Gregorii Superioris.

Ex Regularibus.
R. Fr. Thomas à Terra Noua Ord. Prædic. Prior S. Dominici Suriani.
R. Fr. Bonauentura Cimilianus Ord. Conuen. S. Francisci.
R. Fr. Laurentius à Cat[illegible] Minor Obseru. Montisleonis.
R. Pater Franciscus Patignus Societatis Iesu.

Iudices Synodales.
R. D. Felix Sagitta Decanus.
R. D. Marcus Antonius Rectura Thesaurarius I.V.D.
R. D. Franciscus Satrianus Archipresbiter.
R. D. Felix Artusa Canonicus.
R. D. Dominicus Mayda Canonicus.
R. D. Dominicus Seminara Canonicus.

D Testes

Testes Synodales.

R. D. *Felix Sagitta Decanus*
R. D. *Nuntiatus Tranquillus Canonicus Pitii I.V.D.*
D. *Syluester Turbulus I.V.D.*
D *Io. Petrus Poeta I.V.D.*
D. *Petrus Malarbi S.T.D.*
D. *Franciscus Rotundus Rector Filogasi.*
D. *Carolus Pitoya I.V. D Vic. Foraneus Montisleonis*
D. *Nicolaus Agazius Sergius Rector Galatri.*
D. *Franciscus Fagà Rector Arenarum.*
D. *Petrus Nepi Rector Aquarii Sympolis.*
D. *Placidus Lipari Rector Montis Rubei*
D. *Io. Dominicus Romanellus Rector Ionadi.*
Cler. Franciscus Sgrò Cancellarius Episcopalis.

Recognitores Librorum.

D. *Felix Crispus S. T. D.*
P. *Laurentius de Vadolato Prior Dominicanos Montisleonis.*
P. *Laurentius à Catanzaro Minorum Obseru. Montisleonis.*
P. *Franciscus Parignus Societatis Iesu.*

Aduocati, & Procuratores Pauperum.

Mileti.

D. *Petrus Antonius Argirò I.V.D. Aduocatus.*
D. *Io. Baptista Tassonus Rector Comparoni Procurator.*

Montisleonis.

D. *Syluester Turbulus I.V.D. Aduocatus.*
D. *Carolus Pitoya I.V.D. Procurator.*

Seminariæ.

D. *Io. Petrus Poeta I. V. D. Aduocatus.*
Cler. Antonius Bellafaccia I.V.D. Procurator.

Carceratorum.

R. D. *Ioseph Roncaglia Canonicus.*
R. D. *Io. Dominicum Comercius Senior Canonicus.*

De

De Fine Synodi.

CAP. XXI.

NOn vltrà volumus in præsenti extendere Synodũ, & multiplicare præcepta, cum satis multa in alijs Synodis, pie, & docte cauta sint, quæ vt alias diximus, & hic generaliter repetimus approbata, & renouata declaramus in omnibus, exceptis ijs, quę libertatem, aut immunitatem Ecclesiasticam, aliquo modo, directè, vel indirectè restringere videntur, ij que exceptis quæ posterioribus Synodis, vel hac nostra immutata, seu declarata sunt; Reseruantes etiam nobis potestatem interpetrandi omnes præfatas Synodales Constitutiones, necnõ facultatem dispensandi, seu moderandi, pœnasq; augẽdi, minuendi, seu commutandi, salua tamen in omnibus S. R E authoritate, cui nos, & nostra omnia libentissimè supponimus. Declaramus etiã nulli præiudicium creatũ esse circa locũ Sessionis, seu nominationis, vel descriptionis.

Greg. Panzanus Episc. Mileten

Franciscus Satrianus Archipresbiter Secret.

Petitiones factæ à D. Dominico Mayda Canonico Mileten Procuratore Cleri, cum Responsionibus Illustrissimi, Episcopi.

Illustrissime D. Petit Clerus huius Diœcesis ab Illustrissima Dominatione tua hæc, quæ sequuntur.

Primo, quod expensis faciendis, in actu Sacræ Visitationis respondeant omnes de Clero, & Cappellæ, & non Rectores tãtũ, ex quo omnes tunc visitãtur; & quia Dei gratia Clerus est auctus, minuatur expensa Rectorum.

Respondit. *Audiantur illi quorum interest, & fiat, quod iustum est.*

2 Quod Procuratores Ecclesiarum, teneantur prius

tisfacere Cappellanis, & de his, quæ supersunt Ecclesiã reparare, & paramenta reficere.

Respondit. *Placet, quoad onera Missarum in fundatione, seu ab immemorabili apposita.*

3 Quod Rectores præferantur alijs Sacerdotibus in celebratione Missarum, in proprijs Parochijs, & quod Sacerdotes Parochiæ præferantur cæteris.

Respondit. *Ita fiat, nisi aliqua urgens ratio contrarium in aliquo casu expostulet.*

4 Quod in 3. & 5. casu reseruato non comprehendantur mulieres, ne scandalum succedat.

Respondit. *Peccatum mulierum non sit reseruatum at vero remaneat reseruatum peccatum masculi complicis.*

5 Diebus festis nemini liceat celebrare ante Missam Parochialem, nisi de licentia Parochi, & tunc absque longo pulsu campanarum.

Respondit. *Placet.*

6 Quod Sacerdos semel approbatus ad confessiones audiendas, elapso tempore approbationis possit Sacerdotum confessiones audire.

Respondit. *Placet ad beneplacitũ, ad effectũ celebrationis Missarũ & non alias, & casu quo nullus approbatus ibidem reperiatur prõptus.*

7 Cum in Superiori Synodo pro taxis huius Diæcesis conficiendis nõ nulli delegati fuerint, ex quibus quatuor morte præoccupati deficiunt; alij subrogentur.

Respondit. *Subrogamus R. D. Marcum Antonium Retturam Thesaurarium, R. D. Dominicum Mayiam Canonicum, R. D. Nuntium Tranquillum Canonicum Pitii, D. Io. Thomam Rancrium Rectorem Filandari, R. Ioseph um Tigani Rectorem S. Honuphrii, qui cum R. D. Fe-*

licet de Artusa Canonico, & R. Marco Antonio Muxica Canonico Titii, adhuc superstitibus taxas conficiant.

8 Quia Baroncelli, & Seruientes Ecclesiæ nimis insolenter se gerunt, & grauant Diœcesim petimus, vt comprimantur.

Respondit *Omnino comprimantur.*

Vltimo, quod petitiones Cleri in alijs Synodis *factæ* acceptentur, vt acceptatæ fuerunt ab Antecessoribus.

Respondit. *Habebitur de iis ratio, quæ de iure habenda est.*

Acclamationes.

Benedicamus Patrem, & Filium, cum S. Spiritu Laudemus, & superexaltemus eum in sęcula.

℟. Benedicta sit S. Trinitas, atq; Indiuisa Vnitas confitemur tibi, quia fecisti nobiscum misericordiam tuam, & actiones nostras, sicut pie credimus in præsenti Synodo aspirando præuenisti, & adiuuando es prosequuta.

Sanctissimo in Christo Patri, & Domino Nostro Vrbano Diuina Prouidentia Papæ VIII. Sanctæ, & Vniuersalis Ecclesiæ Pontifici, cui dedit Deus Verbo, & exemplo, quibus præest proficere, salus, & prosperitas.

℟. Saluator Mundi Beatissimum Patrem Vrbanum Vicarium tuum nobis conseruare dignare ad laudem, & gloriam nominis tui, ad incrementum, & exaltationem fidei, & Religionis Christianæ, ad extirpationem hæresum, ad pacem, & vnionem Ecclesiæ, ad reformationem Cleri, & populi Christiani, ad depressionem, & extinctionem hostium Christiani nominis, vt post multos, & felices annos ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternam.

Illustrissimo, & Reuerendissimo Episcopo nostro Gregorio Panzano pro sui muneris executione diuina gratia protectio, & directio.

℟. Omnipotens Deus Bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor respice super Antistitem nostrum Gregorium Panzanum, vt jugiter cogitet te inspirante, quæ recta sunt, & te gubernante eadem pro sua nostraque salute perficiat.

Serenissimo Regi Nostro Philippo Sanctę fidei, & Ecclesiæ defensori, multi anni.

℟. Rex Regum, & Dominus Dominantium per quem reges regnant, & legum conditores iusta decernunt Catholicum Regem nostrum diu viuere, & feliciter regnare concede ad seruitium diuinæ Maiestatis tuæ, ad vtilitatem, quoque nostram, & omnium Regnorum suorum, totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

Populo Ciuitatis, & Diæcesis Mileten pax, abundantia, omneque verum bonum.

℟. In hac familia tua Domine miserationum tuarum dona, multiplica, & precibus eius clamantis, & dicentis. Nos populus tuus, & oues pascuæ tuę confitebimur tibi in sæculum, aures tuæ benignitatis accommoda.

Diuinæ voluntati inhærentes digni reddamur misericordia, & gratia primi, & magni supremi Sacerdotis Iesu Christi Dei, intercedente Beata eius Genitrice Virgine Maria, Beato Patre Nicolao, & Omnibus Sanctis.

Resp. Amen, Amen.

PRIVILEGIA

ET FACVLTATES CONCESSAE A Summis Pontificibus, & Rugerio Magno Comite Calabriæ, & Siciliæ Eccleſ. Militenſi, cui fuerunt vnitæ Eccleſiæ Bibonenſis, & Taurianenſis.

Sigillum factum à me Rugerio Magno Comite Calabriæ, & Siciliæ, & Christianorum auxiliatore, & datum tibi Sanctiſſimo Miletenſi Epiſcopo Domino Arnulpho menſe Octob is, Indict. decima.

QVoniam Eccleſiæ Epiſcopales Bibonæ, & Taurianæ propter patrata ſcelera ab hominibus inhabitatæ, atq; deperditę ſunt: & ego Rugerius Dei gratia Comes Calabriæ, & Siciliæ annuente nobis diuina prouidentia, vt noui, volui duas has Cathedras in vnã Eccleſiam Militenſem redigere, & hãc vnã, nec Bibonæ, nec Taurianæ nomine, ſed Militenſem vocari, quã Deo fauente nomini Dei Genitricis, & S. Nicolai Epiſcopi, & Patrisnoſtri dicaui: Quare huius rei cauſa confirmandæ per ij conſpectum Sanctiſs. Papæ Gregorij Septimi, qui glorioſi Apoſtolorum Principis Petri Sedem tenet. Is petitiones iuſtas impleuit noſtras, deditq; nobis honeſtiſſimum virum D. Arnulphum nomine, & Epiſcopum Eccleſiæ Militenſis conſtituit. Ideo prædictum Sanctiſs. Epiſc. & ipſam S. Militenſem Eccleſiã, & eos, qui illi ſeruiunt ad Dei cultum quæcunq; illis ad vitã neceſſaria ſunt, vt Deũ pro Chriſtianis, & ſpirituali ſalute noſtrorũ parentũ, & noſtra aſſiduè orent cõs quaſcunq; Eccleſiæ Bibonæ, & Taurianæ Epiſcop. quandam

per

pertinentias, & substantias, Villanos, & omnia alia iura possederunt, & suo tempore dominatæ sunt in perpetuũ possidere, & dominari contẽtus sum. Quare propter animæ meæ salutem dedi eidẽ Sanctę Dei Ecclesiæ Militen. S. Patris nostris Nicolai, & prędicto Sãctissimo Domino Episcopo Arnulpho, & Clericis eius in perpetuũ, & futuris Episcopis, & Clericis eiusdẽ Ecclesiæ, & successoribus possessionem, quæ est intus in Vrbe Militen. supra Riuum dictũ Perrera inter nostrũ Castrũ, & Episcopatũ: & inde defluit in flumen, nominatũ Scatoplytum: & excurrit idẽ flumen, & vnde fluere incipit idẽ Riuus, & miscẽtur sub Ponte. Dedi etiam tibi culturam vocatã *Piocæ* antè Vrbẽ Miletum, sitã propè culturã, quã Sanctiss. Trinitati Militensi dederam, propè viam publicam, & fluuium, & possessionem, seu culturam existentem contra Miletum propè riuum vocatum scupini, & prædictum flumen Item aliam culturam, dictam Pioca in Regione Calabrò, vna cum oleis, & Piocis, propè viã publicã Item aliam culturã vocatam Scordade, cum monte, quæ protẽditur, vsq; ad flumen Scattoplitti, apud terras parasceues, & riuũ, Vocatũ Iannus, qui ex Scordade descẽdit. Item aliã culturam in plano Villæ Camparone apud eandem Villam, & Viam: Itẽ aliam culturam ad Medimizem, apud culturam dictam Parui Chrimi; propè idem flũmen: Prętereà dedi tibi in eadẽ Vrbe Militen Villanos nonaginta quinque, vna cũ hæredibus, & substãtijs eorum videlicet. Calocam Cusaton cum filijs, Nicephorũ Adauleta, Nicephorũ eius Nepotẽ. Theodorũ Condò cum filijs Mariam Viduam, Ioannẽ Anafaga, Leonẽ Cognatũ eius, Nicolaum Milaranum, Condò Mariam cũ filijs, Nicolaũ Strattopodi, Calẽ Viduam cũ filijs, Melagrinum cũ filijs, Nicolaũ

Silopi

Slopi cum filijs, Nicolaũ cũ filijs, filios Sacerdotis Alexij, Presbyterũ Nicolaũ cũ filijs, Annã Viduam cũ filijs, Nicolaum Fiſtonichi, Gregorium cum filijs, Conſtantinum fratrem Fiſtonichi, Ioannem Carrerium, Georgiũ Fiſtonichium, Ioannem Sacerdotis Leonis cũ filijs, Nicephorum Amantineũ cũ filijs, Archontiſſan Philippi cum filijs, Stephanum Cognatum Nicephori, Ioannẽ cognatũ Filiopes, Andrũ Coſentinũ Præsbyterũ Cõſtantinum Traiani, filios Sacerdotis Ioannis Fageli, Nicolaũ filium Gregorij, Pinellum cum Ioanne Giuanniti, filios Sacerdotis Gregorij Drelepti, filios Sacerdotis Fotino, Pręsbyterum Melcuſſe cum filijs, Viduã Sacerdotis vocati Chiſlo, Andream Sacerdotis filij Graui, Sacerdotem Petrum Chionata, Nicolaum Præsbyterum Meſiani, Petrum Sacerdotem Vinæ, Præsbyterum Nicolaum cum filijs, Heliam Præsbyterum cum filijs, Pancalum Præsbyterum cum filijs, Petrum Præsbyterum S. Conſtantini, Leopardum Præsbyterum, Ioannem pręsbyterum, Viduã præſbyteram cum filijs, Ioannẽ præsbyterum Eugenij, Nicolaum pręsbyterum Guſileni cum filijs, filios Sacerdotis Eupraxi, Antoniũ Nepotẽ Sacerdotis Antonij, Petrũ Sacerdotẽ Ortodelle, Philippũ pręsbyterũ Agelorũ, Sacerdotẽ, qui dicitur S ãnaci cum filijs, Nicolaum pręsbyterum de Mexiũ, Nicolaum Sacerdotẽ Laguadu, filios Sacerdotis dicti Clidi, Viduã Sacerdotis Leonis Meſoſila cũ filijs, Ioãnẽ pręsbyterũ CognatũGalati, Ioãnẽ pręsbyterũ de Meaiti cũ filijs, Philippum pręsbyterum Gregorij cum fratre, Petrum præsbyterum Zauati, Baſilium pręsbyterum Sculcami, Baſilium Sacerdotem Cullotidi, Viduam pręsbyterã Baſilij Diaboli, Petrum pręsbiterum Carouadi, Viortilum Sacerdotem cum filijs, Ioannem Caſarum Attiſanum, Ioannem Siccanam præsbyterum

Constantinum Crisoieannem Ioannem Potamita, Nicolaum Cancare Cognatum eius, Pantaleonem cum filijs e Viduam presbyterā Ioannis Vulgò cum filijs, Nicolaum presbyterum Condum, Philippum Sacerdotem cognatū Rematisi, Viduam presbyteri Achillis cum filjs, Basilium Sacerdotem Colocinti, Basilium Cuzaccherim Pancali, Pangalum cum filijs, Basilium Carisanum Romanum, Ioannem Capogala, presbyterum Nicolaum Liopardum, Nicolaum Chalcomatam, Ioannem Buchilu, Aruidium Vandigerium, Gregorium Milonetum. Ioannem Cancari, Ioannem à Malfano, Leonē Scolferi, Nicolaum Frussuni, Nicolaum Petrum, cum fratre, Nicolaum Salonicū cum filijs, Theodorum Saluari.

Præterea facultatem damus eidem Ecclesiæ, & eidem Reuerendiss. Episcopo vt possit facere Molendina, & Vatinderia, vbi voluerit in loco Episcopatus, & habeat aquā liberā, absq; vlla molestia, & tributo. Item do, & concedo eidem Ecclesiæ Sanctissimæ, vt perpetuò à nobis, & nostris successoribus, & nostris subditis, Baronibus, Burghesijs, & Stratiotis, & ab Ecclesijs in eadem Prouincia existentibus, tàm Græcis, quā Latinis, super quibuscunq; fructibus, tùm rerum immobilium, tùm vero animalium nascentium integram decimam recipiat, quēadmodum misericors Deus præcipit. Item do, & cōtentus sum, & præcipio, vt Sanctiss. Eccles. Dei habeat, ex hoc tēpore in perpetuum quæcunq; iura ego habebam, aut subditi nostri Dominij Barones, Burghesij, Stratiotę super Ecclesiis Prouinciæ Mileti, Bibonæ, & Taurianæ ex districtu Maydæ; vsq; ad Rhegiū, quod spectat ad Decimas, & alia iura. Et hæc omnia teneat, & potiatur eadē Sanctiss. Ecclesia, & illius successores ad suos vsus, & dominiū. Itē volo, & contentus sum, vt eadē Sactiss. Eccles. possideat liberè

sine

fine vllo vectigali ex hoc tēpore, omnia illa, quæ donare
& dicare volent propter spiritualē salutē animarum sua-
rum nostri subditi Barones, Burghesij, & Stratiotæ, Villa-
nes, & possessiones. Volo, & similiter præcipio omnib. no-
stri Dominij, vt omnes homines, Villanos, quos habet ea-
dē Sanctiss. Eccles. & [illegible] decimis, & cōfirmauimus, pos-
sit tenere, cum omnibus rebus, & pertinentijs suis, absq;
vlla seruitute, vel tributo, tam quæ nostri iuris erant, quā
Baronum, & Burghesiorum, eisq; subditorū, vt libera sint,
& immunia possidenda, ab eadē Ecclesia in pace, & tran-
quillitate: [illegible] vt soluantur omnia iura Episcopatus, &
Clericorum in eadē Ecclesia permanentium: Et vbi ho-
mines habet, tàm nostri Dominij, & subditorum nostrorū
volumus, & facultatē damus Episcopis eiusdē Episcopa-
tus & futuris Locumtenentibus eorum, vt possint habe-
re Bācū, Iudicē, & iudicēt eos, nec vllus alius eos iudicā-
di facultatē habeat, etiā volumus, & contenti sumus ad
hæc oīa, vt possit suis in locis suscipere sibi cōmendatos
homines. Etiā præter hæc sedulo, & ex corde præcipio Ba-
ronibus, Burghesijs, & Stratiotis, Archiepiscopis, Episco-
pis, & Rectoribus nostri Dominij Calabriæ, vt cū Reuerē-
diss. Episcop. Mileti, vel eius successores, vel Clerici vo-
lent ex arboribus montiū nostrorum ligna cedere prop-
ter Sāctiss. Eccles. liberè possint incidere, & asferre, absq;
vllo tributo. Similiter omnia animalia Episcopi, vel Cle-
ricorū eius videlicet oues, boues, equos, [illegible] possit per to-
tum Territorium Calabriæ mittere ad Pascua, & herba-
ria prata absq; vllo tributo. Præter hęc omnia iubemus
eum Liberum esse omni exactione, vel molestia, itaut ali-
cui, ne denarium quidē soluere teneatur. Item possit agri
fœno vti absque suo damno, funes texere liberè, vt olim
Episcopi Bibonæ faciebant, etiam præcipio omnibus Do

minij

minij nostri Baronibus, Burghesijs, & Stratiotis. & Rectoribus, vt reuereantur, honorent, & obediant Reuerendiss. Episcopo Militen. & successoribus eius tanquam Patri spirituali, & si quis contrarium audebit in rebus ad Episcopatum spectantibus, vel Sanctiss. Episcopo non obedic̃t huiusmodi hominẽ iubeo anathematizari. Itẽ si quis has res omnes, quas dedi, confirmaui, & corroboraui, volet euertere, alterare, etiam leuissimè, aut auferre audebit, nisi se statim emendauerit, vt habeat anathema à Patre, Filio, & Spiritu sancto, & à trecentis decem, & octo Deiferis Patribus, & vna cum Diabolo in ignem æternum damnetur, & sentiat nostrã indignationem. Ad maiorem autem confirmationem, & corroborationẽ signaui auream meam Bullam, sub prædicto mense, & indictione. Præsens Sigillum scriptum, & formatum est à Nicolao, & Nicole ostiarijs, & Mystolectis.

Rugerius Comes Calabriç, & Siciliæ anno ab Orbe condito sexies 1595.

Prædictum Priuilegium Græcis characteribus conscriptum, & aurea Bulla firmatum ex Archiuo Miletensi desumptum, & Romam delatum Iussu Illustrissimi, & Reuerendissimi Virgilij Capponii Episcopi Mileten. B. M. à R. Io. Thoma Ressa S. T. D, Rectore Pongadi, vidè, & recte fuit Romæ examinatum, recognitum, & in linguam Latinam fidelissime translatum à pluribus linguæ Græcæ peritis, ad hoc expressè deputatis, & præcipuè à Reuerendissimo Nicolao Alemannio Cubiculario Fel. Record. Gregorii XV. & Bibliothecæ Vaticanæ Custode per acta Dominici Amadei Auditoris Cameræ Apostolicæ Notarij,

anno 1622.

CALIXTVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI VENERABILI Patri Gauffrido, Militensi Episcopo, tuisque successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

OFficii nostri nos hortatur authoritas pro Ecclesiarum statu sollicitos esse, & quæ rectè statuta sunt stabilire; proinde carissime in Christo Frater Gauffride Episcope tuis petitionibus annuentes, & prædecessorum nostrorum sanctæ memoriæ Gregorii VII. & Vrbani II. Ecclesiæ Romanæ Pontificum statuta firmantes, præsentis priuilegii stabilitate sancimus, vt Militensis Ecclesia sub iure Sedis Apostolicæ specialiter perseueret, omnesque successores tui, quemadmodum tu, & successores tui, per manus Romani Pontificis consecrentur. Authoritate etiam Apostolica confirmamus, vt Bibonensis in Militensem translata sicut prædictorum prædecessorum nostrorum priuilegiis decretum est, maneat in perpetuum; ad terres etiam, vt Taurianensis Ecclesia, quæ peccatis accolarum exigentibus. desolata est, in Diœcesim Militensis cedat, & Militensi deinceps Episcopo subiecta permaneat, vt vna vtriusq; Bibonensis scilicet, & Taurianensis Ecclesiæ Diœcesis habeatur, & deinceps Militensis vocabulo nuncupetur. Nulli ergo *omnino hominum liceat, eandē Militensem Ecclesiā temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed vniuersa, quæ concessione Pontificum, liberalitate Principū oblatione fidelium, vel aliis iustis modis iam in præsenti possides, aut in futurū largiente Dño poteris adipisci, firma tibi, tuisq; successoribus, & illibata permaneant, præsertim quæ ad Bibonensē, & Taurianensē Ecclesias, siue in possessione, siue in regimine, iustè visa sunt pertinere. Si qua igitur in futurū Ecclesiastica, secularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eā temerè venire tentauerit, secundo, tertioué commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem mandata Ecclesiæ iusta seruantibus sit pax Domini Nostri Iesu*

Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen AD ——CH——.

Ego Calixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Datum Lateranis per manum Griloboth Cathol. Rom. Eccles. Diaconi Card. ac Bibliotec. 10. Kal. Ianuar. indict. 15 Incar. Dom. Anno 1122. Pontif. autem Domini Calixti II. Pontif. Anno III.

Prædictum Priuilegium fuit Romæ diligentissime recognitum, vt supra,

Quia Prædecessor noster Mauritius Episcopus Centinus post suam Synodum edidit Catalogum Episcoporũ Militensium; Gratum fore putauimus si nos eidẽ Catalogo præfigeremus nomina Episcoporum Bibonensiũ, & Taurianensiũ, quæ huc vsq; reperire potuimus, vt sic Antiquitatibus huius Ecclesiæ colligendis præludium daremus,

Ioannes Vibonensis Episcopus subscripsit Synodo primæ Simmachi Papæ contra ambientes Romanũ Pontificatũ Anno Christi 499. habetur tomo 3. Conc. Seuerini Binij secundum editionem Parisiensem anni 1636.

Eadem est Ecclesia Vibona, & B.bona, nam sæpe littera *V.* in B. mutatur. Ita post Cassiod. Baron. in annot. *Martyrolog.* 4 Decembris littera A.

Papirius Episcopus *Vibonensis* interfuit Conc. Lateranensi sub Martino primo contra Monothelitas anno 642. tomo 4. conc. d. editionis vbi subscriptus legitur omnib. Secretarijs, seu sessionib.

Laurentius Taurianensis Episcopus interfuit eidem conc. Lateranensi sub Martino 1. contra Monothelitas anno 642. tomo 4. Concil. d. editionis, vbi subscriptus legitur omnibus Secretarijs, siue Sessionibus.

Et licet Secretario Quinto d. Conc. reperiatur etiam subscriptus Iustus Episcop. S. Taurianensis Ecclesiæ. Corrigendus est textus, vt dicat Iustus Episcop. S. Taurominitanæ Ecclesiæ, vt legitur supra in subscriptionibus aliorum secretariorum; alias enim duo fuissent Episcopi Taurianæ cum eidem Secretario Quinto sanctissimo legitur Laurentius Episcopus Taurianæ.

Gregorius Episcopus Taurianæ subscribit Epistolæ *Agathonis*

Papæ

Papæ, & Romanæ Synodo contra Monothelitas circa annum Domini 678. tom 5. Concil d. editionis.

Orestes Episcopus Vibonensis subscripsit eidem Epist. Agathonis Papæ d. tomo 5. conc. d. editionis.

Stephanus Episcopum Bibonensis interfuit conc. generali Niceno 2. contra Iconoclastas sub Hadriano 1. Anno Domini 785. & sequentibus tomo 5. concil. d. edit.

Et licet actioni septimæ subscriptus legatur Stephanus Episcopus Bithinensium, vbi in margine corrigitur Cibonensium, tamen ex subscriptionibus aliarum actionum, clare patet Stephanum fuisse Bibonensium Episcopum.

Theodorus Episcopus Taurianæ interfuit eidem Conc. Niceno 2. contra Iconoclastas sub Hadriano primo anno Domini 785. & sequentibus tom. 5. conc. d. edit. qui Theodorus in actione septima legit definitionem eiusdem conc. & licet ibidem legatur Theodorus Sanctissimus Episcopus Taurianæ Siculorum Insulæ attamen corrigendus est textus, & delenda sunt illa verba. Siculorum Insulæ, vt patet ex subscriptionibus aliarum actionum eiusdem Concilij, imo etiam eiusdem actionis septimæ, cui sic idem subscripsit. Theodorus indignus Episcopus Taurianæ.

Similiter Epiphanius Episcopus Mileti interfuit, & subscripsit eidem conc. Niceno 2. ibid. non tamen audemus illum asserere Episcopum nostræ Ecclesiæ, cum aliæ adesset eiusdem nominis Vrbes, vt aduertit etiam noster Prædecessor Mauritius in Catalogo.

Paulus Episcopus Taurianæ interfuit, & subscripsit octauæ Synodo contra Photium sub Hadriano 2. Anno Domini 869. tomo 6. conc. d. editionis.

CATALOGVS EPISCOPORVM MILITENSIVM

ab Illustrissimo Mauritio Episcopo Ceatino olim impressus, cum aliquibus additionibus.

MOnitos Lectores volumus, in hac Episcoporum nostræ Miletensis Ecclesiæ serie, ob varios Ciuitatis, & Ecclesiæ eiusdem casus, nonnulla Præsulum nomina monumentorum defectu excidere potuisse, laboris autem nostri non itemqui nihil ad perfectam eorum notitiam non tentatum reliquimus, & ne qua sit lectoris in æquiuoco laboratio, inuenimus primam Mileten. Episcopi nomenclaturā in actis secundæ Nicenæ Synodi sub Adriano Pontifice, & Religiosissima fœmina Irene, & Constantino Filio Augustis, quibus Epiphanius Mileti tunc tēporis Episcopus propè pōst Tropiensem subscripsit, vt in tom. 2 conciliorum liquet; verum ex Ciuitatum huius nominis Mileti pluritate, si quidem præter hanc nostram, alteram in Ioniæ finibus antiquo eam magni Thaletis patriam Herodotus memorat; alteram antiquissimā eandemque clarissimam apud Ostia Mæandri, nunc penè iacentē historiæ produnt, pro incerto habentes an Epiphanius ille nostræ huic, an alteri Ecclesiæ præfuerit, recentiorem, certioremque Præsulum seriem contexemus.

1 Arnulphus Episcopus primus à Gregorio VII. Summo Pontifice anno Domini 1073. Rogerio Magno Calabriæ Comite rogante Miletensi ecclesiæ præficitur. Huic Episcopo, & ecclesiæ Miletensi ad quam Comes Rogerius (Gregorio Pontifice approbante) Bibonensem, ac Taurianensem ecclesias redegerat, idem Comes colonos, territoria, culturas, subditos (vulgo Vassallos vocant) & pleraque bona concessit, & subditos ipsos exemptione donatos, ab omni seruitute eximit. Extat tanti Priuilegii exemplar, quod Aureum Comitis Rogerii Sigillum vocatur, in Miletensi Archiuio Græcis characteribus conscriptum, & in Latinum idioma translatum anno 1621. Romæ à peritissimis, vtriusque linguæ candidatis Nicolao Alemano Gregorij XV. Cubiculario, Nicolao Maria Madassaro Rectore S. Thomæ in Parione Vrbis, & Fabio Oliuadisio Cathacen. ad præsens Episcopo Bouens.

Magna orta est controuersia à quo esset prædictus Episcopus consecrandus, vt patet ex Epist. 2. lib. 9. Gregorii Papæ VII. qui eiusdem controuersiæ delegauit Iudices Archiepiscopum Barensem, & Archiepiscopum Firmanum, & tandem, idem Gregorius speciali privilegio con-

cessit,

cessit, vt Episcopi Miletenses consecrarentur à Romano Pontifice cui immediatè erant suppositi, quod priuilegium postea confirmatum fuit ab Vrbano II. & à Calixto II.

2 *Hiosphren* Miletensis Episcopus Arnulpho successit anno 1077. eodem Rugerio Magno Calabriæ, ac Siciliæ Comite imperante, qui huic Hiosphreno iura, & pertinentias ecclesiæ S. Martyris *Agnetis* in Squillacensi Territorio concessit. extat concessionis diploma Græcis literis manus eiusdem Rogerij subscriptum in Archiuio, quod anno 1498. in Latinum vertit Constantinus Lascari Græcus auctor *Messanæ* degens.

3 Ebrardus episcopus Mileten. præfuit anno Domini 1099. extant in *Archiuio* Paschalis secundi Pontificis literæ ad Ebrardum subdit. Romæ pro manum Ioannis S.R.E. Diaconi Cardinalis VI. Kal. Octob. Pontificatus Paschalis anno primo confirmantes reductionem Bibonæ, & Taurianæ ecclesiarum ad miletensem ecclesiam præcipientes, vt in posterum vtraq. miletensis ecclesiæ nomine nuncuparetur, & anathema: comminantes ecclesiæ eisdē bona vexantibus, auferentibus, aut quoquo modò minuentibus.

4 Gaufridus episcopus sub Calixto II. Pontifice anno 1119. ecclesiæ miletensi præficitur, eo rogante Calixtus concessit, vt miletensis ecclesia perpetuo ab Archiepiscopis exempta, sub Apostolicæ Sedis Iuris specialiter perseueraret, & singulari priuilegio Successores eius per manus summi Pontificis consecrarentur. Rursum translationem Bibonensis ecclesiæ in Miletensem confirmauit anno 1122. Pontificatus tertio. Calixtus hic miletū personaliter accessit, & Gaufrido episcopo assistente Abbatiale Templum sanctissimæ Trinitatis à Rogerio Comite (translatis è Bibona columnis magnificentissimè constructum) consecrauit;

5 Stephanus episcopus post Gaufridum miletensem rexit ecclesiam sub Innocentio II. anno Christi 1139. habentur litteræ Innocentij ad Stephanum sub datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis cancellarij V. Kalendis Ian. Pontifices X. confirmantes Prædecessorum Gregorij VII. & Vrbani II. Priuilegia ecclesiam Miletensem ab aliorum subiectione eximentia, & translationem ecclesiarum Bibonæ, et Taurianæ iuxta formam literarum Calixti II. approbantes.

6 Anselmus Episcopus ecclesię miletensi præfectus est anno salutis 1170. hic petijt ab Alexandro Tertio Summo Pontifice vt prædecessorum suorum Gregorii VII. Vrbani II. et Innocentij Priuilegia confirmaret. Annuit Pontifex, et diploma confirmatis expediuit sexcentuni per manum Gratiani S.R.E. Subdiaconi No-

 tarij

Aprili 14 kal. Iulij Indict. I. anno 1173. Pontificatus vero 16.

7 N. Episcopus mileten. Ecclesiam sibi commissam sub Innocentio Tertio summo Pontifice regebat circa annum Dominicæ Incarnationis 1200. ignoratur huius præsulis nomen, de quo nihil in Archiuio, aut alibi comperimus: habetur tantum in Decretalibus titulo de corpore vitiato fragmentum litterarum Innocentij Tertij præcipientium Miletensi episcopo, ut Abbatem monasterij à Prædecessore electum (sed manu mutilatum) deponeret.

8 Petrus episcopus ecclesiam mileten. rexit anno gratiæ 1213 Friderico Sueuo Imperatore Neapolitano Rege: huic deuota mulier Vestelia, vxor quondam Alexandri de Seminaria possessionē quandam in loco mutati, et pro eo miletensi ecclesiæ donauit, quæ adhuc possidetur.

9 Dominicus Episcopus mileten. sub Carolo Primo Andegauense Vtriusque Siciliæ Rege obtinuit à Nicolao Tertio Pontifice literas Fratri Petro Archiepiscopo Consentino directas, quibus mandatur, episcopum, & miletensem ecclesiam immitti in possessionem iurium spiritualium, et clericorum Monteleonis: habemus literas, & actum possessionis traditæ anno 1280. die 23. Maij per dictum Archiepiscopum Delegatum Apostolicum Instrumentis habetur etiam mentio eiusdem Dominici in quodam instrumento emptionis Domus in casali Cristò, in plan. de S. Martini anno 1279. & in alio instrumento iurium mensæ Episcopalis contra Vniuersitatem Borelli anno 1280.

10 Sabbas miletensem ecclesiam obtinuit anno 1295. hic concordauit cum monacis S. Petri de Arena super annuo censu mensæ episcopali soluendo, moritur anno 1298.

11 Andreas Ord. min. conu. S. Francisci Sabbæ successor sub Carolo secundo siciliæ Rege Episcopus mileten. litem cum fratre Nicolao Abbate sanctissimæ Trinitatis Mileten. de Tymnare & bonæ diremit, & in possessione manutentus mandato Regio, huius rei instrumentum in cartha, quam pergamenam vocant construendum curauit anno Domini 1304. mese maij, extat instrumentum in Archiuio.

12 Manfredus Giffonus mileten. è cuius familia extant hodie marchiones Terræ Quinque Frondium è canonico mileten. Decanus ex Decano electus à canonicis episcopus mileten. à Clemente Papa V. confirmatur, condidit campanam, quam vulgò Dominicalem aiunt, in qua hi leonini versus obsoleti leguntur. sub Præsule Claro Manfredo, anno millene primo, ternoque secundo, atque trecentino de sub tempore pleno obiit mileti anno

1328. conditus marmoreo lapide maiore templi Aram.

13 *Gottifredus Fazarus* mileten. cuius nobilis familia hodie Tropeæ degit, Manfredi successor, primo Decanus Patriæ Ecclesiæ, mox Consentinæ, Consiliarius Roberti vtriusque Siciliæ Regis eligitur Episcopus mileten. eiusque consecratio supradicto Rege supplicante à Ioanne Papa XXI. Archiepiscopo Capuano, & Episcopo Cassanensi committitur. Pontificatus anno XII. præcipuam miletensis ecclesiæ portam secto marmoreo lapide construxit, cum Iconibus B.eatissimæ Virginis, sancti Ioannis Baptistæ, & s. Nicolai Patroni ad cuius maiorem Ecclesiæ campanam construendam curauit, in qua eius habetur memoria. multiplex habetur *Guttifredi* memoria in Archiuio, vt poté qui valide certauit pro ecclesiæ suæ immunitate, & iuribus concertauit. moritur mileti anno 1330. & marmoreo nobili sepulchro conditur sub cancello Altaris Rosarii, cuius sepulchrum postea anno 1632. Hieronimus *Centinus* episcopus mileten. ad nouam s. Nicolai ædem translatum nobiliori loco collocauit.

14 Dominicus secundus huius nominis episcopus mileten. ecclesiam sibi creditam regebat anno Domini 1345 huius vnica tantum habetur memoria in quibusdam literis in Archiuio miletensi asseruatis.

15 Petrus huius nominis secundus sub humanis erat, & miletensem Ecclesiam regebat sub Ioanna Prima Siciliæ Regina anno Christi 1370. Hoc præsule facta est in beneficium ecclesiæ miletem. permutatio molendini propé Terram Sureti à Fratre Ioannes Abbate sanctiss. *Trinitatis* mileten. cū consensu monachorū.

16 Thomas *Miletensis* ecclesiæ Episcopus, & supradictæ Reginæ Ioannæ primæ consiliarius viuebat anno Christi 1378 *Gregorio XI.* Summo Pont. extant literæ Guglielmi cardinalis camerarij absoluentes Thomam à censuris ob non solutionem æris camere debiti Dat. Auinionæ 18. Ianuari Pontificatus *Gregorij* anno V I. X

17 *Andreas* Secundus Episcopus mileten. Bonifacio Nono Summ. Pont. ecclesiam gubernabat anno 1397. obtinuit à Bonifacio dispensationem illegitimationis Beltrami Nepotis sui fuit Iessano de *Arenis* Arenarum Domino amicissimus, cui ducatos aureorum vncias gratiosé mutuatas restituit, vt in instrumento

18 Antonius strata Rheginen. miletensem ecclesiam rexit fuit anno 1420. extant in Archiuio, & apud quosdam miletenses ciues nonnulla collationum beneficiorum ab hoc Præsule diplomata, caeterum aliud quicquam memoriæ de ipso reperimus.

19 Iacobus Episcopus Mileten. Antonio successit anno 1418; scripsit Dominico Passalio, & Nicolao Iuliano de Galatro prouidentes eosdem mensali Territorio nostro Maria de Pelagoto in Terra Maria Anola;

20 Antonius Secundus Sorbillus Ecclesiae Miletensi praeficitur Renato Andegauense Siciliae Rege, Iconem maioris Arae erexit. Seminarium vulgò Veras dictum pro Episcoporum aedibus astruxit, Ecclesiae Sacrarij murum fabrefecit, noui Palatij muris restituit, quorum omnium extant memoriae lapideae, & insignia, ab anno 1440. Miletensem Cathedram egregiè gubernauit ad annum vsque 1466. quo mortuus est Mileti, & ad dexteram maioris Arae sepultus. Fuit ciuis Montisleonis.

21 Caesar Episcopus Miletén. floruit Ferdinando Aragoniae Rege, cui à Consilijs fuit successor anno 1467. extant Ferdinandi Regis commendatitiae literae ad Henricum Calabriae Ducem eius filium, in fauorem Episcopi, pro iuribus Episcopalibus in castro Daphinae, cuius nundine hodierna die, concordia inita cum Marchionibus Suretl ad centum aureos annuos Episcopali mensae respondent. Insuper aliae literae eiusdem Ferdinandi ad praedictum filium, mandantes concordiam Episcopi cum Marino Correal Comite Terrae Nouae de iuribus Terrae Galatri, in quibus criminalia reseruantur comiti, mixta vero, cum ciuilibus Episcopo, quae concordia huc usque viget.

22 Narcissus post Caesarem Episcopatu Miletensi potitus est breui tamen temporis interuallo. mortuus est enim anno 1476. post vnum cum dimidio suae consecrationis annum, meminit eius Sixtus Quartus Pont. in electione Antonii successoris.

23 Antonius huius nominis tertius primo Episcopus Sarnensis; postmodò ab illius ecclesiae vinculo solutus à Sixto Quarto Pont. ad miletensem Cathedram translatus est, Ferdinando Regi, & Calabriae Duci Regis filio carissimus, moritur anno Domini 1469.

24 Iacobus secundus huius nominis de Ruuere ligur Xisti PP. Quarti Nepos, Ferdinandi Regis consiliarius, praeficitur miletensi Ecclesiae anno 1480. extant Regis Ferdinandi literae commendatitiae ad Ferdinandum de Aragonia filium suum Generalem in Prouinciis Calabriae Locumtenentem, praecipientes summariam & extraiudicialem Pro iurium Ecclesiasticorum defensione iustitiam, extant literae obseruatoriae Ferdinandi de Aragonia Comitis Arenarum, & Stylli. Hic praesul sacrarum nouum in Cathedrali erexit, & erectionis memoriam lapideam in pariete Ecclesiae hisce carminibus, procuratores eius sculpserant, Iacobus iste

Nepos

Nepos Xisti de Ruuere Quarti. Pontificis Præsul condere fecit opus, anno 1503. senio confectus Episcopatum Francisco Affini suo resignauit.

25 Franciscus de Ruuere Ligur primo Clericus Imolensis, postmodum Iulii Summi Pont. Secundi Secretarius, & Monasterii sancti Petris Ordinis Vallis Vmbrosæ Florentinæ Diœcesis Abbas Commendatarius, præficitur Ecclesiæ Miletensi ab eodem Iulio, Iacobo consanguineo resignante anno Domini 1503. pridie nonas Martii Pontificatus primo; extant electionis eius Bullæ in Archiuio.

26 Andreas de Valles Patritius Romanus Francisco de Ruuare in Mileten. Episcopatu successit, noui Palatii Episcopalis Mileten. fabricam inchoauit, Parochialis Ecclesiæ Monteleonis portiones octo distribuit in populi commodum, Organa Cathedralis instituit, in quibus adhuc extant præsulis eiusdem insignia, licet alia, & ad aliam recentiorem formam à Mauritio Centino Episcopo redactis; præsbyter Cardinalis tit. Sanctæ Priscæ Ecclesiasticam annuam sibi pensionem reseruauit, moritur Romæ.

Iste Andreas interfuit Consilio Lateranensi sub Iulio 2. anno 1512. tom. 9. con. d. edit. & sub Leone X. anno 1513. & fuit Electus à Patribus, vt interesset Congregationibus habendis eodem tom. 9. d. editionis.

27 Quintius de Rusticis Patritius Romanus resignatam ab Eminentissimo Cardinali de Valle Ecclesiam Miletensem obtinuit ad annum vsque 1560. gubernauit, incohatam nouarum ædium Episcopalium à Cardinali fabricam perfecit, marmoream S. Nicolai Patroni imaginem Roma Miletum euhexit, eique proprium altare destinauit. Romæ familiaribus irretitus negocii moritur anno 1560. 1566.

Hic Episcopus Quintius interfuit Sacrosancto Tridentino Concilio fuit electus à Patribus, vt interesset aliquibus Congregationibus, vt habetur tom 9. conc. d. editionis.

28 Innicus Auolos de Aragonia Neapolitanus Patritius Regia sang ine natus Quintio ex humanis ablato, Ecclesiæ Miletensi præficitur, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis anno 1561. à Pio Papa Quarto renunciatur. Vniuersam Diœcesim personaliter inuisit, tenuitate prouentuum Canonicorum spectata altare Vaienum Massæ vniendo; Regali sane animo Ecclesiam gubernauit, sed Romanis, & maioribus Ecclesiæ Dei negotiis occupatus Cardinalis Tituli Sancti Laurentii in Damaso anno 1571. Mileten. cathedra cessit annua pensione sibi reseruata, moritur Romæ.

Ioann.

29 Ioannes Marius de Alexandris Vrbinas primo Episcopus Oppidensis, postea Eminentissimi Cardinalis de Aragonia in Miletensi episcopatu Vicarius Generalis, eodem Cardinali Ecclesiam resignante Oppidensis Cathedræ vinculo solutus anno 1572 episcopus Miletensis à Gregorio X III. Summo Pontifice creatur. Campanam in ordine secundam ecclesiæ donauit, Portam ligneam segmentatam erexit, senio confectus anno 1584. Vrbini in patrio solo è vita decessit.

30 Marcus Antonius de Tuso Patritius Neapolitanus, primo episcopus Sancti Marci, deinde in demortui Ioannis Marii locum miletensis Episcopus creatur anno 1585. Eminentissimo Cardinale de Aragonia Resignatario adhuc sub humanis degente. Plures Aras in Ecclesia instituit, noui Seminarii fabricam perfecit, Pontificale solium ligneum segmentatum, & variis Iconibus contextum posuit. Sacras ædes sacris supellectilibus donauit; Diœcesanam Synodum ter coegit, Ecclesiam Miletinensem vsque ad annum 1606. sanctissimè gubernauit, quo mortuus est Galatri, & Miletum translatus, priuatim in æde S. Nicolai sepultus est.

31 Ioannes Baptista Lenus Romanus, Scipionis Burghesii Eminentissimi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Pauli Quinti Sanctissimi Pontificis ex Sorore Nepotis, affinitatis vinculo iunctus Miletensi Ecclesiæ præfectus est anno 1606. creatus, & ipse Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Miletum (Ecclesiasticis negociis Romæ præpeditus) numquam accessit, Ecclesiam tamen per ministros ægregiè rexit, & preciosis vestibus donauit anno 1611. in demortui Ioannis Fontanæ Episcopi Ferrariensis locum suffectus Miletensi Cathedræ cessit, è viuis ablatus est Romæ calculo correptus anno 1630.

32 Fœlix Centinus Asculanus Ordinis Minorum Conuentualium Sancti Francisci S.T. Professor Neapolis, Mediolani, Bononiæ, & Romæ in Seraphico Collegio S. Bonauenturæ Rector, & Regens, postea Sancti Officii in Vrbe Consultor, & Ordinis vniuersi Procurator Generalis, à Paulo V. Summo Pontif. anno 1611. Cardinalis creatus, statim Episcopus Miletensis designatur, Diœcesim vniuersam personaliter lustrauit, Parochias reformauit, Synodum coegit, Ecclesiam argenteis candelabris, & preciosis vestibus, Canonicos verò propriis insigniis donauit; anno 1613. ad Maceratensem Ecclesiam translatus miletensi cessit, Maceratensem, & adhuc sub humanis degens, electus Cardinalis episcopus Sabinensis regebat fæliciter. Obiit die 26. Ianuarii 1641. Maceratæ.

Vir.

33 Virgilius Cappenius Asculanus primo S. Seueri Archidiaconus, postmodum Eminentissimi Cardinalis de Asculo in eyus Episcopatu miletensi Vicarius Generalis miletensis Episcopus eodem Cardinale Ecclesiam resignante, ab Pontificem regante pie mente in patriam electus est, Ecclesiæ tecta farsit, episcopale Palatium nouis parietibus muniuit, iurisdictionem ecclesiasticam, tam pro Iuribus moler dini, quam Tolesii acerrimè propugnauit, varia fortuna Ecclesiam per decem, & octo annos gubernauit, mortuus est Palmæ anno 1631. & in Cathedrali sepultus est in sacrario; marmoream illi memoriam, vna cum Gottifredo Fazaro, & Marco Antonio de Tufo translatis ad ædem sancti Nicolai cstibus Mauritius Centinus in episcopatu successor erexit.

34 Mauritius Centinus Patritius Asculanus eminentissimi Cardinalis de Asculo Nepos, Ordinis Min. Conu. s. Francisci S. T. Professor primum Ferrariensis studii Regens, deinde eiusdem Vniuersitatis Methaphisycus sacri Officii Consultor, postremò publicus Theologus anno 1624 ab Vrbano Octauo Summo Pontifice adhuc feliciter, & sanctissimè ecclesiam Dei gubernante, Massæ Lubrensis Ecclesiæ Episcopus electus est, vbi,& Palatium episcopale nouis ædibus, & sacram ædem mauratis laquearibus renouato, fornice, & nobis organis illustrauit, è cuius ecclesiæ vinculo solutus Pontificis eiusdem humanitate in Mileterdem Ecclesiam anno 1631. euhectus, Seminarium perfecit, & propriis hucusque sumptibus aluit, maiorem Templi Aram ad recentiorem formam reuocauit; ornato prasbYterio pauimentum marmoreum strauit, Organa auxit; inaurauit, & ad opportuniorem locum transtulit, Campanam ante minorem donauit, sancto Nicolao patrono translato in alium locum sacrarie ædem fabrefecit, Diœcesim inuisit, tres ad numerosi populi Montisleonis commodum (assignatis redditibus, & confinibus) destinauit, Parocchias æ e proprio tabernaculo ligneo deaurato, & Baptismali fonte ex porphiretico marmore donato; Synodum coegit. Obiit Palmæ anno 1639. die 14. Nouembris.

35 Gregorius Panzanus Romæ natus Arretio in Hetruria Oriundus, I.V.D. vixit aliquot annis in Congregatione Præsbyterorum Sæcularium Oratorij Romani, deinde à Sanctissimo Pontifice Vrbano Octauo, fuit missus in Angliam ad Serenissimam Henrichettam Mariam Magnæ Britanniæ Reginam, non minus Catholica fide, & Christianis moribus, quam dignitate conspi-

cuam

suam, vbi multis superatis difficultatibus magno Catholicorum studio biennio, & vltra tanquam Sedis Apostolicæ minister publicè mansit, successoreque relicto Romam rediit, ascriptusq; fuit inter Canonicos insignis Ecclesiæ S. Laurentii in Damaso, & creatus postea Locumtenens in ciuilibus causis Almæ Vrbis Gubernatoris. Pluries ad Episcopatus culmen vocatus, tandem ad Episcopatum Militen. promotus est anno 1640. Visitauit totam Diœcesim, & Synodum habuit. Cumque vi Terræmotus disiectæ essent ædes Episcopales, & præcipuè pars illa, quæ erat supra Sacrarium: Statim atque ad Ecclesiam venit, reedificari iussit, & ornauit. Sic etiam eodem tempore restaurauit, & ornauit ædes Episcopales Montisleonis. Insuper ad æstiuos calores fugiendos, Ionadi ædes coemit ornauit, donauitque Ecclesiæ suæ. Ecclesiam S. Agnetis Cathedrali Militensi vnitam, iam diu collapsam restaurari iussit. Viuit adhuc precibus omnium se commendatum volens.

FINIS.

Errata sic Corrigantur

In Indictio Synodi in vltimis verbis 6. Maii corrige 6. Martii,
In Praemonitio Cleri, linea 14. q. ia nondam qui nondum
linea 22. praefeferant praeferant.

Fol.	Linea	Errata	Corrige
1	10	emictendam	emittendam
1	11	emictet	emittant
1	17	transmictant	transmittant
2	2	Belarmino	Bellarmino
2	18	admictantur	admittantur
3	5	dermictantur	permittantur
3	13	si quandiu	quando
3	24	Si vero	si vero
4	6	transmictet	transmittet
5	1	mictere	mittere
5	20	fectum	factum
6	21	sandala	scandala
7	21	huiusmodi	sunt huiusmodi
8	17	parua	praua
9	24	olim	deleantur dicta dictio
9	31	Presbiterum	Presbyterorum
12	16	admictatur	dimittatur
15	2	repertis	reperta
16	35	aliqua	aliquis
18	5	exhibunt	exibunt
18	5	Illustrissime	Illustrissimi
18	28	Aeconomo	Oeconomo
19	20	narrent	habent
22	25	bonorum	bonarum
26	17	Dominicanos	P. Praedicatorum
31	vlt.	quandam	quondam
39	23	adcedet	cedat
41	6	inra	iura
41	13	subdat Romae pro	sub dat Romae pro
41	17	eisdem	eiusdem
41	19	Calixto III.	Calixto II.
41	21	Ecclesiae	Ecclesia
ibid.	22	inris	iure
ibid.	33	Pontifices	Pontificatus
42	12	mutari	mutari

Fol.	Linea	Errata	Corrige
42	39	teguntur	leguntur
43	4	lapide maiori	lapide ante maiorem
ibid.	5	elicitur	eligitur
ibid.	7	commiśitur	committitur
ibid.	10	post illa verba ad cuius	ad cuius pedes flexo genu vesitur marmorea Gottifredi imago
ibid.	30	eri Cameræ	æri Cameræ
44	14	succeſſor anno	succeſſor Antonii anno
44	32	Saerarium	Sacrarium
45	26	cubiuit	euexit
45	32	Altare vnionum Maſſæ vrferdo designauit beneficia plura simplicia Canonicorum Maſſæ vndo	Altare vnionu Maſſæ vndo
45	vlt.	caſſit	ceſſit
46	22	iuaſtas	iuſtas
47	7	Toleſii	Teleſii
47	21	nobis orgadio	nobis orgadis.

Alia Errata, & præcipue interpunctiones Benignus Lector emendabit.